Lamberti Thomæ Schenckelii Dusilvii.

METHODVS,

sive

DECLARATIO

IN SPECIE QVO MODO LATINA LINGUA SEX MENSIUM SPACIO DOCERI, & ab adolescentib. octodecim aut plurium annorum, magnū desiderium & diligentiam adferentib, possit addisci : ut sequens paginæ facies latius declarat.

His subjungitur

BREVIS TRACTATVS

De utilitatibus & effectibus artis memoriæ summa dignis admiratione.

Elogia de eadem doctorum hominum, ex certa scientia & experientia ultro prolata, &c. Item

Apologia,

In quosdam, qui L. T. Schenckelii Libellum ipso inscio & invito, falsis titulis & narrationibus, ac turpissimis erroribus refertos ediderunt, nobilibus aut alioqui magnis viris dedicarunt: emtores & lectores insigniter decipientes: ut ex hoc opusculo meridiana luce clarius apparebit.

ARGENTORATI,

Impensis EBERHARDI ZETZNERI Bibliopol.

Anno M. DC. XIX.



Deinde Græca tribus mensibus, brevi fa
ercitatione, absque tædio & onerosiore la
præcepta scitu necessaria intelligant, me
quantur eleganter, ex una lingua in aliam
ponant; rationem præceptionum in libris i
nari, reddant; quasi tribus quatuorve an
scholis essent instituti. Sed hæc methodus
publicorum multitudine, tantaq; ingenior
rietate nequit observari: multa tamen eme
breviori tempore fieri.

ut pueri vero x. xii vel xv annorum in u
eundem proficiant.

&

Quo eruditionis aliqui xviii. xx. xx
uno mense, aut ad summum duobus in Latin
vis alia, queant perduci ab artifice perito.

Item de

Singulari docendi methodo Regum, Sum
cipum filios;

Deque Latina & Græca linguis, vel quacu
lo usu brevi tempore perfecte compara
de sub finem hujus libelli faci

Benevolo Lectori.

Non ego pollicitis cupio te fallere Le
Nempe quibus dives quilibet esse
Quod tibi promitto, verum res ipsa pro
Non mihi, sed debes rebus habere

379

ILLVSTRI ET GENEROSO Dn. PETRO GORAISKI &c. VETVSTISSIMI NOMINIS DOMINORUM de Gorai, quibus & ante in Scebresinum Crasniciam & Turobinum Territoria, & feudatarios Nobiles imperium fuit, hæredi optimo.

Lambertus Thomas Schenckelius Dusilvius officiosè S. P. D.



Ajorum tuorum laudes sive res gestas, ut & potentiam illustris ac Generose Domine, non est mei instituti hic persequi; facient hæc alii; quod & fecere Paprocius, Troianovius & Acernus, vestri Poloni: in tuis vero habeo majora quæ amem & venerer. Quis tuum Generosum pectus non magno loco ponat; Quis non sermones graves & eruditos, magnarum rerũ usum, tot linguarum cognitionem suspiciat & observet? imo & libenter admiratione quadam ducatur, dum te videt in penetralia & recessus naturæ ita pedem ingenii intulisse, ut in Regnis illis Animalium Mineralium & Vegetabilium nihil sit, quod non perquesieris & forte teneas. quo nomine & tibi & aliis, magnam maximarum rerum expectationẽ moves & adfers. Sed hæc sint altioris sapientiæ & splendoris argumenta; modestia qua in aliis, etiam minora non

contemnis, non poteſt non cu
ma: Ego certe quæ de ARTE ME
na, Græca & Hebræa, Italica, G
ca, aliiſque linguis, per ſumma
fecte ſatis docendis addiſcendiſ
artibus aliis ſcitu utilibus &
ad hoc uſque ſeculum, quod ſci
captumque neſcientium mod
ſuperantibus, partim adumbro,
ut ex hujus libelli lectione, mihi
ſio, non tam verbis, quam re ipſ
pueris vel adoleſcentioribus, au
faciendi. Quem meum conat
laudaſti, ut non ſolum præceptis
nibus noſtris aurem accommod
teris, ſed inſuper propoſita hon
conditione vivendi perſuaſeris,
iter ſuſciperem: ut hoc bono Re
gnates & Nobiles fruerentur, &
patria bene merendo, plurium
favoremque conciliares, haud di
us ex aliorum, ita ex teſtimonio t
datione laborum meorum, magn
luptatem: Ideoque voluiſſe aliqu
tem in faſciculum quaſi collectam
les eſt chartæ, ſed pondus ingenii
ce tuo publico & Illuſtri nomini d
dicio profundiſſimo examinanda
ut tibi juventus quocumque loco
ſit, debeat: quod me ſingulari h
quadam ex parte liberalitate pe

prælo hæc committenda paterer, & in vulgus exire assentirer. Vale Illustris Domine, opto ut quotquot calumniatorum & invidorum forte habes, armatus a Domino, subnixus summa virtute prosternas: doctos ames, & qua parte poteris, bees: hi te vicissim colent, & tui illustrem memoriam literarum monumentis ad posteros propagabunt: quod tibi ipse lubens spondeo, iterum atque iterum Vale. Pragæ Bohemorũ, Kal. Ianu. ineuntis anni M. DC. & XVII.

Qui tibi, quique tuis, valde feliciter oro
Incipiat, pergat, finiat annus iter.

B. L.

BEnigne Lector, ne quæso statim averso animo, inspecto titulo, cogites illud Horatii;
Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Qui enim reipsa potius, quam verbis, quod offert, cupit præstare, idq; ausus fuerit Imperatori hoc año M. DC. & XVI. antea Regi Frãciæ M. DC. VIII. scripto offerre; & jussu Magnificẽtissimi Domini Cancellarii, examinatus a Clarissimo D. Marillac Mag. libellorum supplicũ, ne quemadmodum sæpe contigit, Auditores male tempore & pecunia collocatis, fallerẽtur; ita ipsi rationibus & demonstrationibus, exhibitis scriptis suis, satisfecerit, ut relatione facta,

obtinuerit literas sigillo Regi
bus ipsi permittitur per totum
num ea libere docere; cum inhi
eum quocunque modo turbet,
sima pecuniæ mulcta; sicuti ex R
tet diplomate: nemo habet just
dubitandi. Vale.

Res faciant & verba fidem: procul e

LAtinam docere linguam ado
decim aut plurium annorun
sione belli, aliave de causa impe
illam addiscere: ita ut promte &
quantur: ex Gallica vel alia quav
in latinam & contra transferant:
ceptorum reddant, auctores in
terpretentur: quod quidem ad f
& vocabula, non quod ad mater
spectat: adeo mirum & creditu
que videtur, ut loco somnii hab
penitius inspiciamus & examin
affectu. In primis considerandu
res adferre ætatem aliquam, jud
rium, & attentionem in audien
summam, diligentiam in omni pa
gnam. ita ut semel declarata intel
servent; neque opus sit eadem, ut
ris sæpius inculcare. Deinde omis
non est tanta præceptionum mu
intra menses duos aut tres enucle

quatuor quinq; aut ſex memoriæ feliciter mādari. plura enim hactenus in ſcholis ac ſuperflua tradi ſolent ab iis, qui nō ſatis officium docendi conſiderarunt. Præterea ſi praxis linguæ Latinæ in uno duobus aut tribus quaternionibus Ciceronis demonſtretur, idem erit judicium de reliquis. nam eædem orationis partes, eædemque regulæ Syntaxis fere ſemper recurrunt. Item qui poteſt in ordinem Grammaticæ collocationis redigere, quæ uno quaternione comprehenduntur, poterit propemodum in toto libro. Item qui nomina & verba ſimplicia novit, facile judicat de compoſitis: nec opus ſeorſim vocabula ediſcere, ut multi exiſtimant, ſed in ſermone quotidiano ſeu loquendi formulis uſitatioribus, omnium partium orationis dictiones occurrunt, adeo ut ſi à perito ſuppeditetur loquendi materia idonea, de variis rebus, infinitam vocabulorū multitudinem memoria tenebimus. Exempli gratia, in mille loquendi formulis in quotidianum uſum incidentibus, quam multa erunt vocabula! ſi eas mutare didicerimus, per numeros caſus; modos, tempora, perſonas; activam in paſſivam, & vice verſa; aliiſque variandi modis, ex mile, quatuor, quinq; aut ſex milia habebimus. In Syntaxi vix triginta vel quadraginta regulæ ſunt, fere ſemper ſe offerentes, aliæ rarius. quidquid ex proſodia ſcitu magis eſt neceſſarium, octiduo doceri, & ab adoleſcentibus memoria teneri poteſt. Cur igitur tantam difficultatem

imaginamur in re, neque tam l
difficili, ut sibi proponũt illi, q
nitius hoc negotium inspexer
non aliam esse viam, quam qu
infelici literarum seculo, ante
citer annos, cum nescio quo fa
bantur; vel aliis rebus impedi
examinandæ non vacarunt. In
aliqui perspicatioris judicii,
agnovêre, ratione moti, & exp
ne quis falso id aut temere a n
tantum honoris causa nomina
co statuo Philippum Alovinu
minum; cui do Comitem Nic
collegam Patris mei in lingua
in Collegio Bellovaco Luteti
no M. D. XXXI. jam diu vita
minum Antonium du val Ma
gium, Dominum Ioannem Fa
liarium Regis, consummatissi
tum, qui duobus mensibus li
cam superiorem Gallus Lutet
minum Davidem Montferar
curia Præsidiali Mompeliana
& Legum Professorem. Do
Feliso, insignem juriscõsultum
sarum acerrimi perfectissimiq
lamento Lutetiano; qui ignar
quindecim diebus promte le
lentio prætercam magnum ill
getum, Cornelium Valeriu

Simonem Verepæum, Nicodemum Frischlinum, & plures alios. Sed quid opus est testibus? res faciant & verba fidem: ac non tam testimonio, quam veritati, rationi ac experientiæ innitamur. Nemini est dubium puerum quindecim aut sexdecim annorum, si desiderio cujuscumque teneatur, & habitet in urbe ac domo, in qua nullam aliam sex mensibus audiat, & frequentia sint variis de rebus colloquia, ipsique cordi sit, ac diligentiam quam potest, adhibeat maximam, quin is & linguam intelliget legens vel audiens, & promte eleganterque loquetur; testis est experientia; magis id verum certiusq́, si ille individuum secum habeat socium, suppeditantem de qualibet re loquendi materiā; formulas: proverbia, sententias in quotidianum sermonem frequenter incidentia, cum interpretatione, errores accentumque corrigat, ac simul cum æqualibus ludendo & confabulando versetur. Si igitur id fieri potest in quocumque Europæ, vel totius mundi idiomate, difficiliori ac minus regulato, multo facilius erit factu in Latino vel Græco perfectissimis: tum vel maxime, si præceptor adsit judicio probus, qui non circumducat per varia & supervacanea præcepta, ut inquit Iustus Lipsius. & ego: quotidiana loquendi exercitatione accedente, suppeditata materia, totiusque linguæ elegantia; transferendi, componendi, disputandi utiliter, observandi, examinandi, corrigendi errata, repetendi, ut parta conserventur, & justa quotidie

difcretaque fiat acceff
mni ftudio: idque tam
liquis exercitiis: conft
lio, quam Latino. Græ
damus operam; autfol
ve, femel emendatum a
exercitii difcreti gener
fuperare.

Quemadmodum en
ficitur, quidam pedite
alii profectionibus affu
moleftia perveniunt a
longiore tempore & m
tingunt; nonnulli carr
dam curru paulo comm
tur; aliqui rheda: hic e
te, atque omnia membr
dario commodiore uti
firmiore paffu incedent
modiffima profectioni
duobus equis vel potiu
tica Latina, Græca, He
diverfæ funt viæ, aliæ lo
cum tædio ac fummis
res & commodiores, cu
tur: prout quifque duc
Quidam enim quam pl
tis, comprehenfis verfil
quæ deinde explicant p
judicio & difcretione ac
gravius puerorum hum

ferendo longe ſunt impares; ac ſuccumbentes clamoribus, minis, verberibus exſtimulãt; haud ſecus atque videmus aſinos paſſim tractari: ut mirum non ſit, multos à dulci Muſarum amplexu, in primo ſtatim limine deterreri. Alii omiſſis carminibus proſa tractant, ſed longa, difficili, ac tædio plena; non tam de officio recte faciendo, quam de aliis rebus à ſua profeſſione alienis cogitantes: quaque olim ſunt ducti, eadem ingrediendum exiſtimantes; neque conſiderantes, anne felicius commodiuſque ad eũdem ſcopum perveniri poſſit. pauciores meliora vident, probant ac ſequi vellent, ſed per eos quibus ſuam elocarunt operam, non licet. Nonnulli recta ſemita ſuos auditores brevi, facili, perſpicua & jucunda methodo, ſine tædio, cum voluptate quo volunt perducunt; & hi tales omne ferunt punctum: digni quibus pueri liberalis indolis erudiendi committantur. Hãc ego Regiam appello viam: tanquam eam, qua Reges, Principes aliique magnates & nobiles ducendi ſint, qui ut à Deo ſupra vulgus hominum elevati, etiam commodius habendi; ac ad eruditionem ducendi ſunt: propoſitis tantum præceptis neceſſariis, idque magno quodam judicio, ut verum eſſe fateantur diſcendi voluptatem potius eſſe quam laborem: ſeque in luſu magis quam in palæſtra difficili tædioſaque verſari. Non quod liberalis ingenii ac bene nati adoleſcentes ab hac ingredienda debeant arceri, nam multa etiam Regibus ac ſummis quibusque

busq; viris communia
ditionis; ut aer, templa
usque Musicæ, exercit
illos quoque frui, æquo
ut talium exemplo, ta
alacriter & in offenso p
mite cursum absolvant,
tissimum amœnissimun
& linguarum addiscend
diffidamus nobis potius
ci in suis? quis auté nega
ad functionem serio atte
gitari præclara, non pauc
re ac meliore nunc fieri m
ne hic locum habebunt t
num ore proverbia? nih
perfectum; & Inventis fac
nemo itaque miretur ab
agunt, agentibus, omnesq;
conferentibus, faciliores
pueritiæ, tradendæque Gr
credant adolescentiores ju
siderium & laborem discre
dem mensibus posse confe
annis solent in scholis pue
dumque quidam non capia
experientiæ, rerum magist
reclament aliquos 20. 24. 3
in docendo versantes, plus v
sione, si mentem habuerint a
quam alii in sua, vel aliena.

IurisConſultus, Medicus, Advocatus, Chirurgus, & item mechanicus, multis annis ſuo muneri exercitioque impenſis, notitia & rerum experientia ſuperabunt novitios? vel præter officium ſuum alieno ſe immiſcere volentes? ſi hæc ſunt veriſsima, cur non idem erit judicium in juventutis inſtitutione?

Qui volet accedat, bonus exitus acta probabit,
Quam verbis, potius rebus habenda fides.

Modus procedendi in exercitio hic obſervabitur. Volumus Auditores eſſe convictores, nullis rebus diſtractos, aut præpeditos, ut totos ſe dare poſsint linguæ addiſcendæ, in ampla domo; vel caſtro ab urbe diſsito, una duabus, vel pluribus horis, ne in officio ab aliis interturbentur. Surgent mane ut parati ſint hora quinta, cubitum ibunt nona. ſtudebunt ipſi in muſæo a ſexta ad ſeptimam: a nona ad decimam: a prima ad ſecundam: a ſemioctava ad ſeminonam: deinde lectis precibus ibunt cubitum.

Docebuntur a ſeptima ad octavam: a decima ad undecimam: a ſecunda ad tertiam: & a quinta ad ſextam. à quinta matutina ad ſextam habent horam, ſi volent repetitionibus aut ſtudiis tribuendam.

Omnis lectio erit ſemihoræ vel trium quadrantum, reliquo quadrante retractabunt audita, inter ſe conferentes: dubiaque Magiſtro proponent: ejuſque reſponſionem ad ſingula, in libello diligenter annotabunt. Octo itaque horas impendent ſtudiis quotidie; ſed audire docentem

centem non est laboriosum ,
dere ad emendationem com
translationum, item scribere
di , componendi vel transfer
qua jentaculum sumunt, hora
& alia qua cænant, instar respi
men colloquio de cibis secand
liisque ad propositum servien
proficient.

Recreationis tempore cona
um proferre, & usui applicare,
nec minus proficient Latine se
quam in schola.

Dominicis & festis diebus,
divino liberis, repetent quidqu
na didicerunt: ut parta conserv
put est in omni studio.

Labor difficilior est, quatuo
dere, ut memoriæ tradantur qu
ria sunt: translatio & compositi
dictis horis includuntur. In sum
serio studiis vacamus, totidem
spiramus: die naturali in tres pa
viso.

Facile est igitur videre, disc
docendi & discendi per interval
enim alterna Camœnæ ideoqu
rem justo & æquo: & quæ non s
ses queat, sed ad aliquot ānos,
tam continuari.

Vt autem ad oculum quasi de

eri poſſe,& non adeo difficulter, ut plerique opinantur, ut Latina lingua ſex menſium ſpacio, & doceatur & diſcatur videamus quæ ſint eius fundamenta, quæ ſuperſtructio uſque ad tectũ aſſurgens, & quod tectum, ut abſolutum fiat domicilium.

Octo ſunt orationis partes, inter quas Nomen & Verbum principatum obtinent: & ſi quæ eſt in ædificio Grammaticæ difficultas, ex iis duobus oritur. Nam Pronomina cum tantum ſint octodecim, facile noſcuntur, nec in definitionibus aut diviſionibus quidquam eſt difficultatis: tantum aliquid ſubtilitatis eſt in reciprocis Sui & Suus, quæ major eſt, quam ut puerile ingenium penetret, vel adoleſcentis, ne dicam adulti: exemplis potius uſus erit indicandus. multa quoque declinantur ut Nomina. Participia cum Nomina ſint adjectiva verbalia tempus connotantia, & declinentur inſtar nominum, faciliter ab aliis partibus diſcernuntur: neque ſe ulla hic offert difficultas. Præpoſitiones ſunt tantum quadraginta ſeptem, & octo inſeparabiles, quas, & quem caſum requirant, nullo negotio noſcunt etiam pueri. Interjectiones paucæ & faciles, cũ nihil præter mentis affectum ſignificent, & ita diſcretæ, ut aliæ ſint dolentis, aliæ ridentis, &c. Conjunctiones quidem plures, ſed ab officio fere dignoſcuntur. Reſtant adverbia majore paulo numero, ſed tamen ita diſcretæ ſignificationis: ut non magna difficultate

ab

ab invicem diſcernantur , &
comprehendantur pagella. Si
quatriduum velit in his ſex p
ctis inſumere, multum proficie
offeret, quam non ſtatim & agn
redigat ordinem & locum. Si
non poſsit credere, & ſibi perſ
teſtem in omnibus ac ſingulis p
tiam, certiſsimam & infallibil
rum magiſtram: cui qui fidem
rito non eſt audiendus:

Res faciat, non verba

Sed duo illi Reges Nomen
parum faceſcunt negotii, fat o
tum, quantum multi re non pe
ta imaginantur. Examinemus

Definitio nominis ſatis clar
diviſiones ut nec attributa, cap
dunt, ſi a tali proponantur ma
tis conceptum aperte poſsit ex
ſe ad captum auditorum accom
ipſe ſolū intelligat, ſed efficiat
que ſatis ſuperque enucleata,

Declinatio prima una lectio
& exceptiones quas habet pa
ſecunda, quarta & quinta, un
tuor intelligent, & tenebunt n
tiones: duobus ſequentibus di
tiam: & exceptiones Accuſat
pluralis: ablativi ſingularis, n
nitivi pluralis. Figura & excep

tinentur pagina: quæ in octo æquales partes divisa, quis facile addiscet.

Genera nominum significatione, terminatione; & exceptione, doctorum hominum nixa auctoritate, internoscuntur: si de usitatis solum, eorumq; exceptionibus agamus, omissis Græcis, peregrinis, barbaris, oppidorum, pagorum, montium, fontium, fluviorum, herbarum, arborum, avium, animalium terrestrium, pisciũ, similiumq; nominibus, rarũ in quotidiano sermone aut scripto usum habentibus, tribus paginis omnia excipiétur, quatuor quinq; aut sex dierum spacio declarabuntur, intelligentur & memoriæ tradentur: una cum genitivo singulari nominum tertiæ declinationis, & accentu penultimæ, vel producto vel correpto, quatuor enim in die habebuntur lectiones per temporis intervalla.

Quid superest de Nomine, ut nihil necessariæ supellectilis omittatur; irregularia, utpote variantia genus, declinationem, utrumq;: pauca ex his in frequenti usu, Raro numerum habentia pluralem in genere: in specie vero singularia masculini, feminini vel neutri generis. Pluralis tantũ numeri in genere: in specie masculina, feminina, neutra; indeclinabilia, deficientia uno, duobus, tribus, quatuor, quinq; casibus, in singulari vel plurali; sed valde pauca hæc talia. Abundantia casu, declinatione; hæc omnia duabus paginis & una facie cõprehensa sunt, faciamus quinq; vel sex dies in ediscendo transire, tribus commode docebuntur.

De comparatione,
tativus & superlativ
ris, irregularis & de
na, & octo vicibus m
& hæc sunt omnia de
alter non minus adfe
opinor, plus.
Verbi definitio, di
rum aut nihil habent
comprehensa sunt, qu
explicari, duodecim
Formæ conjugandi a
sane uno die docerent
mendarentur, cum m
ut si quis unum activu
tæcumque sit conjuga
dum mutatis, videbit
fere procedere. Sun
verbum passivum; fero
&c. paucis exceptis ad f
jugantur. Restant Præt
Primæ, secundæ, & qu
nerales sunt Regulæ, ex
tæ; ita ut octodecim exe
comprehendi, tribus lec
Tertia sola forte viginti
firmiter memoriæ impri
per intervalla sufficiente
ita ut nihil de verbo reste
bus & defectivis; quorum
liculis comprehensa est.

quatuor exercitiis constare, ut perfecta omnia insculpta sint memoriæ: quibus paulo latior de formis verborum tractatio, quam in octo partibus orationis, adjungitur: quæ omnia etiam sex vel octo horis divisim abunde enuclearentur.

Certe jam fundamenta firma & sufficientia sunt jacta, ut media pars ædificii superstruatur, ipsa Syntaxis. In qua triginta vel quadraginta ad summum sunt regulæ usitatiores, semper in examine alicujus sententiæ prosa vel carmine propositæ, vel in auctore imitationis, occurrẽtes; reliquæ sunt rariores. omnes tamen & explicentur & ediscendæ proponantur.

Constat ea viginti paginis, verum si exemplorũ auferatur multitudo, quatuor quinq; aut sex omnia continebunt præcepta. Sed quia exemplis optime declarantur ac illustrantur regulæ, & singula vel proverbium, sententiam, vel elegantem loquendi formulam continent, servetur Syntaxis ut est. vel possent exempla cujusque regulæ plura quam unum vel duo, inter formulas loquendi; titulo proverbiorum vel sententiarum dictari; & sic esset compendiosissima Syntaxis tradendæ ratio. Saltem unaquæque pagina in octo partes divisa, octo vicibus id est duobus diebus memoriæ traderetur; ergo 160. diebus tota Syntaxis cum omnib. exemplis esset impressa memoriæ, videlicet spacio quinque mensium, reliqvus est unus Prosodiæ discendæ, qui abunde sufficit. nam septem aut octo diebus docebitur & quindecim memoriæ

 facile

facile imprimetur. q
minum tertiæ declir
& ſupinis verborum
per unum adiectum
claratione quantitat
diæ imbiberunt. Alio
dictum eſt, exemplis,
bus menſibus fieret, c
& tum plus temporis

Diviſio literarum
Quid Proſodia, & un
ſetur, diviſio ſyllabaru
hæc & facilima: una h
poſſunt.

Quãtitas ſyllabarur
gnoſcitur Poſitione &
una lectione docebun
ſpacio, aut ſaltem duab

Quinque regulæ ad
ctione explicantur, & a
reliquas ſex regulas fac
horis exponi & memori

Exemplo ut cognoſca
tis annotationibus de S
menſione, breviter una
cta, ediſcentur a pueris h
conſiſtit in verſibus aliq
memoriæ infixis, ut ex
auctoritate. Epitheta Io: R
dia Smetſii, aliique libelli
ſunt.

Primæ ac mediæ ſyllabæ quantitas quomo do vocalis ante vocalem noſcatur, hora docebitur, cum exceptionibus: & alia hora vel duabus diſcetur.

Quomodo autem Derivatione, æquali fiet temporis ſpacio: ſed tres horas explicationibus ediſcendis relinquo.

Qui vero quantitas primæ ſyllabę cognoſcatur in ſpecie, Præpoſitione hora una explicabitur, altera ediſcetur. Item Compoſitione, Mediæ, Accētu Diminutione, eodem temporis ſpacio declarari, & memoria comprehendi poſſunt.

Quia vero accentus penultimæ genitivi longi vel brevis in tertia declinatione, & in compoſitis verbis ſatis declaratus eſt; reſtat ut uſu & exercitatione reliqvum perficiatur.

Sed ultimæ ſyllabæ quantitas vocalis longæ, una hora exponetur, duabus diſcetur cum exceptionibus: Brevis una quoque hora, & alia memoriæ commendabitur. De communi idem verum erit.

Reſtat Conſonantis Longæ as, es, os quæ ſingulæ tribus horis doceri, & diſci cum exceptionibus poſſunt An, in, on, una hora docebuntur, duabus memoriter diſcentur: B.C.D.L.M. commodiſſime una hora explicantur, & altera memoriæ infigentur. item R.IS, VS, & T, cum exceptionibus.

Pedes ſex vel octo ſimplices, Spōdæum, Pyrrichium: Trochæum Iambum: Dactylum Anapæſtum;

pæſtum; moloſſum Tribrach
ex quibus alii omnes compor
ctatio una lectione abſolvitur

Carminum genera unde no
quæ ſit illorum conſtitutio,
duabus doceri poterit, & non
tenere; ſed ſufficit frequens l
quibuſdam annotatiunculis ſ

Ergo tota proſodia docta
tradita ſeptem vel octo diebu

Reſtat ut incipiant præcep
ſum, exordium ſumentes a b
num generibus, & paulatim
longiora; obſervatis carmin
evitatis vitiis; ante omnia cu
Latinitas. his comparatis ſi ve
res in Proſodiam annotatio
ſe poterunt, ex præſtantior
cis.

Nobis propoſitum eſt, tota
tribus exhibere tabulis, una c
bus ſcitu in primis maxime n
fecte ut in eis nihil deſideretur
abſolute diſcendam; reliquas
bello correſpondente tabulis
ſunt in docenda juventute per
cretiora cognoſcere. Idem de G
ca nobis in animo eſt, tantum
ſunt qui nihil fere imprimere
ctor ſuo labori præmiis affici
adiiciat.

Tenebunt itaque auditores omnia præcepta a capite ad calcem, repetitione quotidiana efficient, ut nihil excidat: hoc enim eſt caput operis.

Deguſtatis regulis Syntaxis generalioribus, translationi & compoſitioni operam dabunt, quod fiet initio ſecundi menſis quotidie: ſemper Latine loquentur, a primo aut ſecundo die incepti curſus; patriam cane pejus & angue vitabunt; ſtatuta mulcta. Magiſter de quacumque velint materia loquendi formulas ſuppeditabit, ſolœciſmos in loquendo ſcribendoque emendabit, addita ratione; & mulcta in eoſdem recidentibus. Præcepta in ſententiis proſa & carmine examinabit; in aliquot etiam epiſtolis Ciceronis vel oratione: monſtrato Grammaticæ collocationis ordine, translationes & compoſitiones illorum corriget, ſuam dictabit pro exemplo. Regulas elegantiæ aliquot ſuppeditabit; epitomen copiæ verborum declaratam uſui applicare monſtrabit. Quotidie ab opere incepto quater per temporis intervalla loquendi formulas quinque ſermoni vel compoſitioni ſervientes, ex Terentio, Iulio Cæſare, Cicerone, Plauto, aliiſque ſcriptoribus Romanis deſumtas, & quotidiano ſermoni accommodatas ediſcent: & veſpertina repetitione efficient, ut nihil excidat perceptorum.

Loqvutiones variare aſſveſcent, per modos, tempora, perſonas, numeros, caſus; activam in

in passivam: aliisque modis i
verborum explicatis Præcepto
que voluerint, de dubiis con
voluerint epistolas sermone pa
in Latinam convertent, Magist
faciet officium: ut supradictum
admonitiones ipsius diligente
gula observabunt, & quando m
ti, in loquendo vel scribendo,
labunt, ne in eosdem recidant e
fendant pedem ad eundem lap
ex oculis sint præceptoris, nisi
memoriter vel componunt; al
digna sedulo exsequantur.

Quid quæso æquus rerum æ
bit ex hac exercitatione, si serio
proventurum? sane nihil aliud
los non vulgariter doctos Lati
ac pure elegâterq; loquituros
cum Terentio, Plauto, Iulio Ca
vixissent ædibus: & hic finis
tuti.

At objecerit aliquis, non o
maticorum subtilitates ac t
fateor, nec nosse vellem: modu
strabo, ut omnes penetrent: ha
ria sive Calepini, sive Rober
aliorum (ni velit quis eti
Latinæ linguæ adjungere) u
um, alterum propriorum; occu
incognito ac raro, consulant:

declinationem, ac significationem, aliaque attributa discent à Magistro muto: quo nihil facilius, nihil ad docendum aptius; alia qui ducunt via, duces cæci sunt, in foveam cum discipulis incidentes, unde se vix sexennio releuare possunt.

Cogitent rem magni esse momenti, detinere aliquos magno sumtu & temporis jactura quadriennio aut sexennio; quod (de parvulis hæc dicuntur) uno anno vel biennio commode fieri potest: ac injustos esse, obligatosque ad restitutionem.

Quamobrem velim puerorum Doctores serio negotium apud animum expendere, & per Deum oratos, caveant ne parentes tantos suscipiant sumtus, & tantum temporis sinant frustra præterire.

Idem judicium est de distributione Græcæ linguæ, quæ propter vicinitatem cum Latina, breviori tempore, trium videlicet mensium, & doceri & addisci potest; ut promte intelligant, transferant, componant & loquantur. Non enim opus est declarare, quid sit nomen, pronomen, verbum, & cæteræ orationis partes; quid substantivum, adjectiuum; proprium appellativum; unius duarum trium terminationum, quid casus, numerus; genus masculinum, femininum, neutrum &c., quid comparatio, species primitiva, deriuativa; figura simplex composita; quid item modus Indicativus, Imperativus, Optativus, Coniunctiuus, Infinitivus; tempus

præſens,præteritum &
perfectum, pluſquam
in Rudimentis, quam
tradi ſolita. quæ omni
tenent:adeo ut tribus n
cis quantum in Latinis
modo hujus vel illius li
erit, ita ut ſuppeditata
de re qualibet materia,
tia,promte ac venuſte
legent,intelligant,ac de
ſuo Marte progrediant
exercitatione augebunt
nabunt.

In eum finem ac uſun
Latinam, & item Græca
lute redegimus, contin
ac neceſſarias, brevi pe
do,uno quaſi intuitu ſin
quas typographo,&libr
mendas dare paratus ſu
ni id ageretur, pro tab
linguæ Græcæ,uſque ad
fuit typographus quad
reos Gallicos exigere: q
qui fieri curaſſet,compu
ſummam impreſſio rel
intermiſit.

Vir magni nominis e
Io. Poſſ. in Præfatione
libri ſic ait : Quidam

ſtum docendi morem ignorant, & auditores in illis quæ ad linguam diſcendam pertinent, nimis diu detinent ac remorantur : ac item hic accidit, quod in aliis artibus honeſtis: in quibus tradendis ſæpe tam negligentes ſunt, ut quod paucorum menſium ſpacio abſolvi commodiſſime poſſet, ſi & dexteritas in docendo, & alacritas in pergendo adhiberetur, id ſæpe intra aliquot annos non finiant. Interim labitur tempus ad diſcendas linguas & artes accommodatiſſimum. hæc ille nimis vere & vidit, & ſcriptis ad poſteritatem judicium ſuum transmiſit: re penitius introſpecta, diligenterque examinata. Cui quidem ſententiæ adſtipulor, & experientia probare ſum paratus, in Latina, Græca, Hebræa, & Gallica, ſatis feliciter uno anno cum multorum admiratione tradenda: ut non tantum intelligant, transferant, componant, ſed etiam promte loquantur: hæc dicuntur de adoleſcentibus 18. aut plurium annorum, Pueri vero 10. 12. 14. annorum duobus annis in Latina & Græca poſſunt eſſe pares, ut intelligant, loquantur, transferant, componant, rationem præceptionum reddant: idque ſine tædio vel labore magno, imo minori, quam in ſcholis unam, nec tam bene, duobus tribus annis diſcunt: & tanta mentis animique alacritate, recreatione, ſine omni corporeæ ſanitatis offenſione, ut vere judicent, diſcendi laborem non eſſe dicendum, ſed potius voluptatem. obtuli operam ſcripto Imperatori, ſi vellet

let me in aliquibus spe
Franciæ Henrico IV.
Pontifici, Regibus, P
aliisque magnis viris d
perpetua infamia, nisi
nunc publice hoc libe
quis forte roget, qua ter
ctorum incredibilem, a
spondebo, annis tribus
animum ad docendum a
rio de recta puerorum i
bus, & artibus linguisq;
deinde viginti quatuor i
in Latina & Græca linguis
Etteni, Mechliniæ, Ther
magi, Lutetiæ Parisioru
diligenti mentis applicat
gula, officiumq; recte faci
tidemque (postea quam m
functus sum) nunquam e
fuisse: aliaq; multa longo t
digna admiratione: captur
dum procedendi, exceder
nunc videar, tantum confir
M. D. LXXVI. apud C
tinum Antverpiæ impres
scholæ Mechliniensis sum
breviter complectens, o
perutilis: Sic congesta per
mam Schenckelium Dusilv
Mechliniensem, ac public

rem. Item exemplum Scholæ trilinguis, artiumque liberalium, a Cornelio Valerio Vltrajectino Lovanii in Collegio trilingui Professore celeberrimo: aliisque viris doctis examinatum & approbatum. Antverpiæ apud Antonium Tilenium 1580. sic digestum a Lamberto Thoma Schenckelio Dusilvio. Tabula Declinationum, comparationum, & conjugationum, Latinarum: Item Græcarum, artificiose concinnata unoque intuitu omnia simul oculis objiciens, apud eundem, eodemque anno, præter multos libellos ad pietatem, remque scholasticam jam diu editos, & multo plures in lucem typis subjectos prodituros, ex quibus satis constat, licere mihi seni aliquid singulare, merito atque optimo jure in educanda erudiendaque pueritia sumere. ad cujus rei confirmationem, & hic subiungere placet, specimen aliquot, bene laudabiliterque dirigendæ in studiis adolescentiæ: seu Dispositionem Scholæ.

In classe sexta, quæ infima.

Rudimenta linguæ Latinæ exacte & discrete tradentur, usque ad Syntaxim: idque fiet tribus mensibus, in qua erunt 8. 9. 10. annorum pueri, scientes legere promte, & mediocriter scribere: simul addiscent quater in die, per idonea temporis intervalla, tres loquendi formulas, in quotidiano colloquio frequentem usum habentes: reliquis tribus mensibus exercebuntur in eisdem, repetendo & utiliter fructuoseq; disputando: reliquis sex. Regulæ Syntaxis genera-

neraliores pro captu explicabuntur
lia suo marte formare assvescent: au
repetitione, disputatione, translatio
ne brevissimarum epistolarum.

In quinta classe

IPsa Syntaxis integra proponetu
sexta classe omissa; compositioni
applicabunt paulo longioribus: in so
continuabunt: altero quadrante ge
ta linguæ Græcæ discent facili & ju
formulas Græcas in quotidianum
conjungent, & loqui non infelicite
quis duobus anni quadrantibus, jung
empla Latinis earum Regularum, qu
niunt: ut ostendatur id verum esse ma
compositione breviuscula ingenio pu
data, præceptiunculas in usum dedu
translatione.

In quarta:

PRosodia Latina brevis, in qua n
tantum præceptiones, perspicua n
cili ordine digesta: & ex Græca, quæ c
veniunt: ut positio, diphthongus, vocal
&c. In elegantibus sententiis usus dem
deinde in libello Ovidii Tristium, au
componere incipient a brevioribus ad
latim versus progredientes: declinatis v
vatis virtutibus carminum. materia pu
nio idonea & placens a Magistro suppea

nullo exercitii genere onerandi. Sufficit si tres quatuor aut quinq; versus componant: epistolium sex aut octo linearum: ne videlicet supra vires tenellas, & capacitatem aliquid injungatur: & hæc fient tribus mensibus: aliis tribus continuabitur exercitatio componendi, disputandi & repetendi. Obiter breves sententias, hemistichia, vel carmina Græca, memoriæ commendabunt, non plura quam duo vel tria simul: posterioribus duobus quadrantibus, reliqua præcepta Syntaxis Græcæ primo: secundo prosodiæ audient: componere incipient, & progredientur, ut dictum est de Latinis.

In Tertia.

R*Hetorica Cornelii Valerii Vltrajectini per interrogationes & responsiones perfecte digesta, pro utiliore puerorum disputatione, prælegetur: & sex mensibus plene absolvetur: & dispositiones per omnia causarum genera dilatare & contrahere assvescent: exercitationibus in prosa & carmine, Latinis & Græcis neutiquam intermissis. Declamationibus publicis Latinis & Græcis prosa & carmine, brevioribus tamen in principio, secundum artificium Rhetoricum, exercitabuntur: & Comœdia vel tragœdia semel aut bis in anno Latine vel Græce exhibebitur.*

In secunda.

D*Ialectica compendium, Aug: Hunnæi, vel Titelmāni, vel alterius q̃ optime tractarit, docebitur tam*

tam exacte,ut in disputationibus argumenta forment idonea,in quauis figura, & modo: & reducant nunc ad secundam ex tertia, & ex hac, & secunda ad primam: ad impoßibile &c primis sex mensibus: sequentibus sex physica epitomen satis absolutam audient: & fiet repetitio eorum. & plenior declaratio, qua non satis ex dialectica asseqvuti fuerunt: & disputationibus publice instituendis exercebuntur. ad quas patebit aditus quibuscunq; viris doctis: idq; in materia studiosis idonea: non intermisso exercitio compositionis prosa & carminis Latini & Graci: declamationum, actionum comœdiarum & tragœdiarum: Orator Gracus & Poeta enucleabitur: promtißime Grace atq; Latine loquentur.

In prima ac suprema.

HIc Physica Compendium Titelmanni, vel alterius docebitur exacte: Exercitationes Rhetorica ac Dialectica, privata & publica continuabuntur, in orationibus in utramq; partem Latine & Grace componendis,& publice habendis: Orator Gracus & Poeta altioris paulo styli proponetur: ac dabitur opera, ut multis orationibus Latinis & Gracis, oratione soluta, & Ligata omnia & singula pracepta in usum revocentur. promotiores in sermone Latino & Graco hic erunt, quam in lingua materna. Posteriore semianno Grammatica Hebraica exponetur, ac una cum praceptis, dabuntur formula loquendi in quotidiano usu necessaria, ut satis promte loquantur tribus primis, postremi semianni mensibus: posterioribus

Synta-

Syntaxi & prosodia explicatis, component: sicuti declaratum est de Latina & Græca linguis.

Diebus Dominicis & festis catechismus minimus in sexta & quinta; in quarta parvus catechismus, aliaqua nonnulla, in tertia & secunda maior; in prima de casibus conscientiæ &c. ita docebuntur: ut non modo examinati ad Sacerdotium, sed etiam ad Pastoratus, munusque concionandi idonei sint: ac cum fructu, bonoque exemplo vitæ officio ecclesiastico fungantur.

Hinc futurum ut exercitationes aliis civitatibus innotescant, & undique convolent plurimi convictores. Auditores talis collegii aut scholæ, Lutetiæ vel in quacumque alia academia, in ascensu primum locum supremumque honorem consequantur, & celebritas Collegii, longe lateque vagetur, per Galliam, vel aliud regnum in quo hoc institutum gymnasium: & circumjacentes regiones.

Latius autem hæc omnia videre licet in libello cuius titulus: Tabula publicæ scholæ Mechliniensis &c. edita an 1576. & in Exemplo Scholæ trilinguis, artiumque liberalium, 1580. de quibus supra facta est mentio, facie huius 34. lib. 8.

De quibus informatus Christianissimus, Franciæ Rex, Magnus ille Henricus IV. per Illustr: ac Magn: Dominum Cancellarium, ex relatione Clarissimi Viri ac Domini Marillac, Magistri libellorum supplicum, examine præmisso de Latina & Græca linguis brevi tempore docendis, ita illi rationibus & demonstrationibus, ex-

hibitis suis scriptis, satisfecit, ut obtinuerit literas, sigillo Regio munitas, quibus ipsi permittitur per totum Galliarum Regnum, artem memoriæ, & supradictas linguas libere docere; cum inhibitione, ne quis eum turbet, &c. pro ut latius patet ex originalibus literis: cuius exemplum huic apposuit, retento primario manu scripto, & sigillo munito. &c. quod petentibus paratus est ad placitum cuiuslibet exhibere.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, A nos amez & feaulx Conseillers, les gens tenans nostre Cour de Parlement, Ballifs, Seneschaux, Prevostz, ou leurs Lieutenans, & tous autres nos officiers, a qu il appertiendra, Salut, Nous avons estè bien & deuëment advertis, que pour le continuel, penible & laborieux travail que nostre cher & bien-aimé Lambert Schenckel, natif de Boisleduc en Brabant, depuis quelques temps retirè & habituè en cestuy nostre Royaume, où il a estè par nous reçeu & admis comme nostre vray & naturel subject, a rendu de ses jeunes ans en la pour suitte de ses estudes, il a acquis telle perfection en la cognoissance des lettres qu il s' est rendu capable, non seulement de monstrer, & enseigner, comme il desire faire, par une tres-belle & facile methode, les langues Latine, & Grecq e;n six mois, mais aussi l' art de la memoire, & plusieurs autres beaux secrets en peu de jours. A quoy ne antmoins il craindroit d' estre empeschè, ou troublè par aucũs envieux ses mal veui-

veuilans,ou qu'apres eu a voir enseignè le secret ses auditeurs, pour le priver de la recompēce qu'il s'est promise de ses labeurs,les voulussent mōstrer& enseigner à d'autres personnes, sans son expres consentement, s'il n'avoit sur ce nos lettres de permission,lesquelles il nous a treshumblement suppliè & requis luy vouloir octroyer, avec deffenses à sesdicts auditeurs d'enseigner ledit art oû methode,non plus que ses autres secrets à quelques personnes que ce soit, publiquement ou secrettement, durant vingt ans prochains,sans sa permission &cōsentemēt, à paine de mil escuz d'amende. Nous jugeant le proffit & utilité que tous nos subjects peuvent recevoir des instructions dudit Schēckel,leurs faisant par ces methodes cōprēdre en peu de tēps,ce qui a tousiours jusques icy esté enseignè es dites lāgues Latinè& Grecq;,en plusieurs ānees.

POVR ces causes,& le singulier desir nous avons de voir nosdits subjects profiter en la cognoissance des bōnes lettres,à fin que par le moyen d'icelles ils soyent d'autāt plus capables de nous rēdre le service qu'ils nous doivēt Nous avons permis & permettons par ces presentes audit Schenckel,de monstrer & enseigner librement lesdites langues Latine,& Grecq; ensēble ledit art de memoire, & ses autres secrets, tant en nostre ceste bōne ville de Paris,que par toutes les autres villes &lieux de nostre Royaume. pays,terres,Seigneuries de nostre obeisſāte;que bon luy semblera ;Faisant tres expresses inhibi-

tions& deffenses à toutes persõnes de luy troubler & empescher en aucune maniere que ce soit:&à ceux qu' il aurõt estè ses auditeurs, de faire profession publique ou privée d' enseigner ledit art & methode à quelques personnes que ce soit, durant lesdits temps de vingt ans, sans son expres congé & permission, a peine de mil escus d' amênde, le tiers à nous appliquable l' autre aux pauvres, &l' autre audit Schenckel. Si vous mandons &ordonnons, que du contenu en ces presentes, vous faoiez jouyr & usor ledit Schenckel plainement&paisiblement, cessant& farsant cesser toutes pour suittes, troubles& empeschemens au contraire. Mandons aussi á nostre Procureur general,&ses Substituts, tenir la main á la judication des peines y contenues. Car tel est nostre plaisir. Donné á Paris le quatorziesme jour de Novembre l'an de grace mil sixcens & un : Et de nostre regne le treiziesme.

Signè, Par e Roy en son Conseil Du Pont: & seellè du grand seel en cire jaune.

Methodus qua declaratur, quantum quis uno mense in Latina lingua possit proficere.

Si quis magnus Dominus vellet uno mense, tantum in Latina lingua proficere, ut sciat exacte declinare, comparare, & conjugare; genera nominum, præterita & supina verborum, cum exce-

exceptionibus, accentu longo aut brevi penultimæ syllabæ, nominum tertiæ declinationis, &in compositione verborum; Regulas Syntaxis generales ac Prosodiæ scitu necessarias; & ut de variis rebus in quotidianum sermonem incidẽtibus eleganter loquatur, cum admiratione audientium; rationem præceptorum in auctore imitationis reddat; si audiat Latine inter se colloquentes, Concionem vel orationem habitam, vel lectam, aliosque libros humili dicendi genere conscriptos majori ex parte intelligat, quoad verba seu filum orationis, non quoad materiæ difficultatem; ac deinceps per se ulterius feliciter progrediatur; quod magnum requirit honorarium, seu remunerationem non vulgarem. Vt autem hæc fiant, prorsus necessarium est.

1. Vt desiderium adferat magnum & diligentiam;

2. Vt sit liber ab omnibus aliis occupationibus, & totum se huic exercitio dare queat.

3. Ne vero quis putet se obrutum iri majore onere quam par est, septem vel octo horæ permittentur quieti nocturnæ: quater in die per tres horæ quadrantes & temporis intervalla, docentem audiet: quatuor horis per interstitia studebit: octo horis respirabit: inter quas comprehenditur hora prandii, & altera cænæ. tempore respirationis, jocando, ludendo corpus exercẽdo, audita in usum reducet, ac proficiet sine labore, molestia, & tædio, magna cum animi voluptate.

Idem omnino judicium de lingua Græca.

Methodus,

DOcendi Regum filios summorumque Principũ, ut ipsi nesciant unquã se dedisse operam literis, & tamen Latine & Græce sciant: utramque promte loquantur: Pietatis teneant præcepta & religionis, historias & fabulas, cum earum morali explicatione: documenta, Imperii & Regni gubernandi, tam belli quam pacis tempore: non minus quam ii, qui sexennio aut octennio in scholis a quibusdam imperitis, vel ad officium recte faciendum nõ serio admodum attendẽtibus, detinentur. Sed hanc methodum non putavi in specie declarandam, est enim quasi preciosa gemma, quæ plebeas facultates superat? propter maximam subiectionem eius, qui vellet hoc munus subire. Res summi precii vulgaribus aut etiam mediocribus non sunt offerendæ: sed summis.

Methodus.

BRevis facilis & perspicua docendæ linguæ Latinæ, & Græcæ, absque tædio, hilari cũ recreatione solo usu, unius anni spacio alterutram; ita ut tam promte loquantur ac intelligant, imo melius quam patriam sive maternam: quasi Romæ & Athenis cum ipso Cicerone & Demosthene, quando fuit in flore lingua, alii sque similibus fuissent conversati, & cum eisdem ædibus, mensaque excepti: ipsorum familiaritate quotidiana usi & colloquio.

De

DE tribus autem his posterioribus articulis, aliisque secretis, putavi hic tantum aliquid insinuandum: non latius sine discrimine personarum, aliarumque circumstantiarum consideratione cuivis omnia hæc meo detrimẽto aperienda & divulganda.

Illud addo, omnia & singula licet miranda, quæ offero, fieri naturaliter accedente arte directrice & discretione: ita ut ne vel minima sub sit suspicio peccati venialis, ut vocant, seu levissimi: quod per diversa examina cõstat; & pluribus, si opus sit, ostendi potest. malim enim potius mori, quam docere quidquam in quo Deus offenderetur, & animæ esset detrimentum. Nam


Si quis homo totum lucretur funditus orbem,
Atque animam perdat: quid feret inde boni?

Præterea, supra dicta, sub periculo honoris ac famæ audeo offerre, (qua homini nihil in hoc mundo, post animæ salutem debet esse carius, sum autem per totam Europam editis libris notus, & pluribus edendis notior fiam) modo sint qui sumtus ferre, ac laboribus artificioque liberale ac dignum honorarium dare voluerint. Nec dubitabo coram summis Monarchis, Regibus, aliisque Magnatibus, vel eorum Senatibus fateri: & spacio quadrantis horæ verbis rationibusq; fidem facere.

❧(*)❧

Brevis tractatus

DE VTILITATIBVS ET EFFECTIBVS ADMIrabilibus artis memoriæ, ad eum perfectionis gradum perductæ, ut nihil restet nisi applicatio: & quid singulis lectionibus proponatur; deque circumstantiis, & conditionibus: a Lamberto Thoma Schenckelio Dusilvio, eiusdem plus quam sex & viginti annis professore, pro majore informatione editus.



Certior ars dux est, naturaque flectitur arte:
Omnia subsistunt arte; sine arte nihil
Scientia non habet osorem nisi ignorantem
——————ignoti nulla cupido.

ARGENTINAE

TYPIS CONRADI SCHER

ANNO

M. DC. XIX.



Ambertus Thomas Schenckelius Dusilvius, 4. & viginti ab hinc annis, artem memoriæ docens, primum in inferiori, deinde in superiori Germania, Burgundia, Francia, Bohemia. Auditoribus suis scientia, fidelitate, & diligentia satisfecit : qui sunt Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Comites, Barones, Præsides, Consiliarii, Senatores, Doctores in quavis facultate, aliique magni viri, & scholastici quam plurimi: multaque ex eorum suggestione accesserunt utilissima, quæ priorum annorum Auditores non acceperunt: ita ut jam ars absoluta, omnibusque numeris perfecta, merito judicari posit.

Examinatus quoque sæpe fuit ab Episcopis Antverpiensi, Leodiensi, Coloniensi, Herbipolensi, Basileensi, Atrebatensi, a Senatu quoque academico Lovaniensi, Duacensi : Herbipolitano, & aliis: ac postremo per magnificum D. Rectorem Academiæ Parisiensis, præmisso examine, acceptoque juramento, in numerum universitatis cooptatus est : facta potestate supra dictam artem docendi.

Postea jussu magnificentissimi D. Cancellarii Franciæ, a Clariss. viro D. Marillac, Magistro libellorum supplicum, super arte memoriæ examinatus, ne (quemadmodum sæpe contigit) Auditores male tempore, & pecunia collocatis, fallerentur : ita ipsi rationibus & demonstrationib. satisfecit, ut relatione ad Magn. D. Cancellarium facta, obtinuerit literas, sigillo Regio munitas, quibus ipsi permittitur, per totum Galliarum regnum artem memoriæ libere docere: cum inhibitione, ne quis eum quocumq; modo turbet: Au-

ditores

ditores vero, ne publice aut privatim, citra illius voluntatem, doceant: sub gravißima pecuniæ mulcta, sicuti ex Regio Diplomate latius patet.

Ars autē ipsa magnificis ornata est titulis a sūmis viris, Doctorib ac S.T. Professoribus fide dignis: quorū unus prædivinum beneficium appellat, alius Thesaurum perutilem Concionatoribus, Philosophis, Iuristis Oratoribus, bonarum literarum amatoribus, cæterisq; omnibus tenacem ac firmam rerum verborum memoriam cupientibus: rerum cœlestium & terrestrium tenax actutum scrinium, omnes sui possessores locupletans: aitque memoriam augeri industria, arte nobilitari ac perfici. quare si multo labore conati sunt quam plurimi, corporis aut animi vires arte perficere, nequaquam erit indignum, hāc memorandi artem addiscere: qua dormiens memoria excitatur a somno, labilis fit tenax: ignobilis nobilitate donatur; abjecta clarescit; parva, accipit incrementum: movetur immobilis; mortua reviviscit: quæ si a natura vigilans ac tenax, nobilis & clara, mobilis & vivax, aliquo in homine exstiterit, in eo ipso, artificio & industria præstantißimam fore pollicentur.

Cui connexa est ars dictandi X. XV. XX. aut pluribus scribis, diversas eodem tempore materias.

Et tam celeriter excipiendi calamo, atque, Concionatores. Oratores, vel advocati in causarum actione loquuntur.

Vna cum methodo studendi artibus liberalibus, & gravioribus disciplinis, minori labore, & fructu majore: qua quis commilitones ea destitutos superet, quamvis ingenio & industria præstantiores.

Aliud

Aliud præterea artificium memoriæ, neque locis neque imaginibus indigens.

Item quomodo, præmissa exercitatione trium aut quatuor septimanarum, formari poßint ducenta quinquaginta locorum milia, intra spacium orationis Dominicæ, idque decies aut sæpius in die: sine studio aut labore: exactius, quam alius destitutus arte, toto faceret anno.

Ita distribuere omnia & singula, quæ quis arti semel applicuit, ut sine confusione facilius septem artes liberales, tres sublimiores disciplinæ, historiæ omnes, Conciones, fabulæ, earumque explicationes retineantur, quam alius sine hac directione, tres artes liberales, & unam ex superioribus disciplinis: eaque habere extra memoriam, cui tantum opus est sensum retinere.

Sic disponere Artes liberales, Theologiam, Iurisprudentiam, Medicinam, Historias sacras & profanas: Conciones, D. Thomam aliosque Ecclesiæ Doctores, controversias, casus conscientiæ, quidquid deniq. cognitione dignum est, ut omnia oculis repræsententur corporeis.

Formare in memoria Bibliothecam omnium arti applicatorum librorum, & in iis contentorum: eaque uti quasi materiali: quæ magno cõpararetur sumtu, & maxima huc illuc nobiscum molestia circumferretur.

Absolvet cursum, novem vel undecim diebus, unam tantum horam quotidie impendens: decima, vel duodecima, dubia si quæ se offerant, ex omnibus lectionibus proponetur: ad quæ extẽpore respondebitur.

Si qui in dignitate constituti, domi suæ artẽ audire

cupiant

cupiant, modo aliquot simul conveniãt statuta hora, lubens quocunq; loco & tempore se eis sistet.

Quod si absoluto cursu aliqui existimarent sibi nõ esse satisfactum (ut est perdifficile omnibus in docendo placere) submittet se arbitrorum judicio, sine omni contradictione: ut sole clarius appareat, nonnisi simpliciter & sincere velle procedere.

Aliquot diebus ante discessum, de eo affixis publice schedulis omnes admonebit, ut si cui non esset satisfactum, habeat tempus conveniendi, & ad æquitatem per arbitros: vel jure cogendi.

De veritate ac præstantia artis, consulant libellum de memoria primum: & exempla speciminum & attestationum: Elogia Doctorũ hominum ac Brevissimam refutationem cavillationum, & Apologiam. quorum copiam legendi faciet desiderantibus.

Sed hoc etiam omnes admonitos cupit, se nonnisi mense uno aut ad summũ, duobus: in hac urbe cõmoraturum: ideoq; opus esse primo quoque tempore incipere: ne postea doleant tantã occasionẽ à se prætermissam. Coram loqui placeat, vel domi conveniant, vel misso famulo, ad se vocent.

Res faciat, non verba fidem; procul este { Loquaces, Maligni, Profani.

Permissu superiorum.

QVID SINGVLIS lectionibus proponatur.



Rima lectione traduntur fundamenta artis, & regula vocabulorum intellectorum: & in xxv. fit declaratio: ac sta

ac statim aliqui ex Auditoribus illa recto, retrogrado, & intercalari ordine repetunt, sine mora & hæsitatione: quidam adeo promte, ac si ex charta descripta legerent. sequenti die hora constituta, proposità alia xxv. vocabula, ab ipsis Auditoribus suo marte applicantur, ac repetuntur feliciter. Si placeret illis, prima lectione absoluta, se exercere in aliis xxv. dictionibus, interjecto duarum aut trium horarum spacio, eodem die consequerentur id, de quo apud Platonem gloriatur Hippias, tanquam de magno quodam bono: se posse 50. vocabula semel audita vel lecta: quolibet ordine repetere. Si vero quotidie semihoram, vel duos quadrantes divisim huic exercitio quidam vellent tribuere, idque x. vel xv. diebus, 200.300. 400.500. aut plura referrent. Si quis per hanc regulam 1000. paulatim 2000.3000.4000. 5000. 6000. didicerit, quocunque numero expresso, vocabulum dicet: aut nominata quacunque voce, numerum indicabit: tanta cum admiratione hominum, ut judicent omnem captum excedere humanum: neque naturaliter fieri posse, sed aliquid mali subesse: quod in causa fuit, cur sępe, jussu Episcoporũ, Magistratuum Academicorum, debuerim examinari, & ostendere ad oculum, nihil mali latere: sicuti omnes Auditores fateri coguntur.

Secunda proponit regulam sententiarum, sive textus continui, eaque declaratur in 12. aut 15. sententiis, quas auditores repetunt quaternas,

nas; deinde a duodecima reditur ordine ad primam,&contra;quod eadem fit feliciſſime a quibusdam hora;alii exercitatione indigent uniùs, duorum, vel trium dierum, ut idem præſtent. neque hic licet Synonymum pro ſynonymo collocare,in quibus tamen facilimus eſt lapſus: aut ſitum dictionum mutare. Sequenti die dicuntur aliæ 12. aut 15. ſententiæ a Profeſſore, bis unaquæque, relicto paululum moræ poſt ſingulas,quas Auditores per ſe applicant,ſecundum demonſtrationem præcedentis diei exactè repetuntur, ut ſupra dictum eſt. Dum vero ſuo judicio&modo faciunt, felicius nonnullis ſuccedit, quam quando alterius ductum ſequũtur. Hæc eſt difficilima regula totius artis, ſi quis tamen in ea ſe exerceat. x. xii. aut xv. diebus, xx. xxx. vel. xl. exacte poterit ad verbum recitare : ita ut nullam omnino dictionem mutet, vel e ſuo ordine removeat : ſi vero contingeret aliquam particulam omitti, vel tranſponi, leviter tantum admonitus, ſupplet; & in ſuum digerit locum.

Hac regula Biblia, Inſtitutiones Iuris,&Medicinæ, Tituli, Leges, Paragraphi, Compendia Theologiæ, Iurisprudentiæ,Medicinæ,&c. ad verbum retineri poſſunt.

Si nullus alius eſſet effectus artis memoriæ , quam ſupradictus , anne cognitione digniſſima , & liberali honorario redimenda?

Paucis

Paucis ab hinc diebus, duobus perſpicaci ingenio viris ſic ſum loquutus: Si unius horæ ſpacio effecero, ut eadem xxv. vocabula quovis ordine repetatis, altera xii. ſententias ſine errore, deinde vos veſtro quod aiunt Marte viii. x. aut xii. diebus exerceatis, ſemihora in una regula, & ſemihora in altera, id conſequamini, ut 100. 200. 300. vocabula xx. xxx. xl. ſententias verbo tenus exacte repetatis: quanti illas duas lectiones æſtimaretis? ſine deliberatione reſponderunt, id pecunia æſtimari non poſſe. Nõ dubito quin non ſolum vi. aut xii. ſed xx. [illegible]mo 50. aureis Gallicis judicaſſent redimendas.

Longiore vero accedente exercitio, anni aut duorum, 60. 80. 100. 200. a quibusdam repeterentur. Quod Seneca in prologo declamationum de ſe teſtatur. Quid vero exiſtimãdum, ſi 4. 6. 10. 20. annis aliqui diſcrete in hac praxi verſarentur?

Tertia oſtendit regulam collocandarum rerum, mira facilitate, ut ſunt exempla memorabilia ſimilitudines, apophthegmata, hiſtoriæ ſacræ, profanæ: conciones, cauſarum actiones, &c. ac ſtatim ſubjungitur demonſtratio in xii. exemplis, antea ſi fieri poteſt, non auditis: quarũ repetitio longior eſſet, idcirco relinquitur Auditorũ diligẽtię: qui vidẽt & agnoſcũt, non tantũ 12. aut 20. ſed 50. vel 100. poſſe repeti eadẽ facilitate, qua totidẽ vocabula. Non enim obligamur ad verba, ſed res ordine repetuntur.

accom-

accommodatis verbis ex tempore, prout unicuiq; datum est a Deo, & promtitudinem exercitatione aliorum studiorum attulerit. Ex hac lectione perspicacis ingenij Auditores, multa perspicere possunt, quomodo videlicet Conciones, Causarum actiones, vel negotiorum tractationes, retineri queant: licet in specie de singulis eorum suo tempore & loco simus dicturi.

Quarta monstrat quomodo Vocabula non intellecta, & non figurata retineantur, ut sunt, Adverbia, Cōiunctiones, Præpositiones, Interjectiones: Numeri itē Arithmetici, & quomodo personæ sint exprimendæ: quę lectio nobis semper jejuna & sterilis visa est; aliis aliter videtur. Si tamen unum quod in ea traditur præceptum, exercitatione assequamur, non modo sterilis, sed instar aliarum fere omnium esset. Puto autem esse neminem, quin si serio vellet animum uno duobus aut tribus mensibus applicare, semihora, bis quotidie, possit assequi. Si autem *6*. vel *9*. menses vel annum consumamus, ut legere promte & scribere discamus, cur recusemus, aliquid temporis huic studio impendere?

Quinta lectione traditur modus disponendæ concionis, sive nos ipsi velimus habere, sive ab alio habitam, eadem celeritate qua loquitur, excipere: tum de oratione, in qua cum sint plures partes quam tres vel quatuor, aliter procedendum esse demonstratur. Et hoc fit quidem

dem non de verbo ad verbum, ſed 4.6. vel 8 à nonnullis xii. ſententiæ ſive citationes verbotenus retinentur ex concione; alia vero materia ordine ſuo. & quia fere eædem ſunt formæ loquendi alicujus linguæ, cujus peritiſſimi ſumus, fit ut videamur aliis, imo ipſi concionatori, quaſi ad verbum repetiiſſe. Repetere autem verbatim Concionem vel orationem unius horæ, non modo naturæ vires, omnemque exercitationem, verum etiam artem ipſam conjunctam, longe ſuperat. ſunt enim in tali concione plus quam 1000. 2000. 3000. aut 4000. omnium partium orationis vocabula, quæ ſemel ut fit, inter concionandum aut declamandum auribus excepta retinere, quis non videt fieri omnino naturaliter non poſſe? Fit tamen ſine arte particulatim ediſcendo, ut quotidiana teſtatur experientia. & in eo ipſo apparet donum Dei incomprehenſibile, & ſumma dignum admiratione. Illud vero certiſſimum eſt, accedente arte, & citius & certius poſſe quidlibet memoriæ mandari, ac retineri. Dicitur quoq; facilior quidam modus retinendæ concionis, qua indocti vel etiam fœminæ uti poſſunt. Poſtea de Argumentorum collocatione, & de praxi: quam ſi quis exerceat quotidie una hora, diviſa in duas partes, præterquam quod ſibi promtitudinem comparabit, etiam theſaurum, quo per totam vitam ornabitur, conſequetur.

Sexta docet & explicat latiorem tractationē locorum realium, & imaginariorum, & quo-

modo

modo præmissa exercitatione xv. dierum, vel iii. aut iiii. septimanarum, sine alio studio & labore ducenta & quinquaginta locorum milia, imo vero milio; I. decies centum milia, intra spacium orationis Dominicæ formari possint, idque decies, vigesies aut sæpius in die: ita ut absoluto semel exercitio præparatorio, nunquam quis in vita deinceps de iis solicitus esse debeat: quod maximi in hac arte est momenti.

Nam secundum præcepta hactenus tradi solita; quotidie fere per totam vitam, in eis efformandis amatores huius artis debeant esse occupati: quod sane molestum & tædiosum nimis erat. modus quoq; ita omnia discrete distribuendi, ut etiam si artes liberales omnes (sub quibus Mathematicas complector) Theologiam, Iurisprudentiam, Medicinam, Historias omnes; Fabulas, earumq; explicationes: quidquid denique cognitione dignum judicabimus retinere velimus, sine onere & confusione facilius retineamus, quam sine eo, tres artes liberales, unam ex disciplinis gravioribus, & aliquot historias. Postremo indicatur, quo fulcro sustententur omnia regulis artis applicata, ut nihil corruat. Nam non satis est multa bene disposuisse, nisi ita fulciantur, ut perpetuo maneant.

Septima lectio demonstrat modum collocandorum librorum, quomodo videlicet singuli sint exprimendi, quod facile admodum factu est; neque ullus unquam fuit mihi Auditor, qui

 in

in hoc difficultatem invenerit, aut aliquod dubium proposuerit. Major vero est in Citatione, quam vulgo & barbare quotationem vocant: præcipue cum multæ simul extempore sunt retinendæ: utpote octo decem aut duodecim. Si autem ejusdem auctoris diversi libri citentur sæpius, & capita: vel Iurisconsultorum more, semi facies libri vel plus, meris impleatur citationibus diversorum auctorum, libris, capitibus, titulis, legibus paragraphis, ex Digestis, Codice Novellis, &c. prolatis: tum rem difficilem & longioris exercitationis fatemur: in qua nemo auctorum hactenus mihi satis fecit: longa vero exercitatione & consideratione edocti, videmur hic melius procedere quam ab ullo ante nos est factum. Subjungitur deinde admirabilis penitusque incredibilis dictandi ad verbum demonstratio, 6. 8. 10. 20. 30. 40. 50. 60. 80. vel 100. scribis diversas epistolas vel materias sine hæsitatione aut confusione: quod adeo captum omnium superat, ut persuaderi nisi experientia, non possit: in quo tamen plus est admirationis, quam utilitatis, raro enim fit, ut pluribus ad verbum dictemus, quam 4. 6. 8. 10. vel 12. quod non magna cum difficultate fieri potest, & oportet eum qui sic velit dictare, prius exactissime per regulas artis, memoriæ commendare, quod aliquo modo tædiosum ac molestum est. si quis autem vellet se præparare, ut centum diversas dictet materias vel epistolas, opus est longa præparatione: videlicet

licet 6. mensium. & utilitates habet multas, quas exponimus inter docendum: sed tamen a condito orbe ad nostra usque tempora, non puto specimen esse editum: fieri tamen posse, si quis velit laborem subire, apertissime ad oculum demonstramus; rationemque sciendi ultimum vocabulum, in tanta multitudine & varierate, ut ulterius unicuique dictare possimus; in quo alioqui summa erat difficultas.

Subjungitur modus dictandi 4. 6. aut 8. si quis velit, x. aut xii, extempore, Exempli gratia, accepit aliquis fasciculum literarum, in quo sunt 6. 7. aut 8. epistolæ, legit singulas, & quod cuique respondendum, subito collocat: deinde secundam tertiam, &c. lectis omnibus, celerrimeque responsionibus dispositis, statim dictat sine alio labore aut præparatione & hoc usum potest habere frequentem: & tum non obligamus nos ad verba, ac specimen editur in octo diversis materiis dictandis.

Postremo subjungitur modus tam celeriter excipiendi calamo atque Concionator, Orator vel Patronus in causarum actione loqvuntur, quod tribus modis fit, quorum primus nullam omnino requirit præparationem; sed statim in praxim redigi potest, secundus & tertius requirunt mensis duorum aut trium; sed promtitudo semel acquisita, nunquam amittitur, fingamus autem a tardioribus aut aliunde occupatis, 4 5. vel 6. menses cõsumi: vel etiam totum annum, anne res dignissima jure videatur? Tertius

 modus

modus nobilissimus est, formamque secreto scribendi talem habet conjunctam, ut ab omnibus mortalibus huic soli vel detegendæ, vel interpretandæ vacantibus, per totum vitæ curriculum nequeat indagari naturaliter. Si vero aliquis velit posteros legere, quæ sic sunt descripta, necesse est ipsis relinquere declarationem.

Octava latissimum mare praxis pernavigat, demonstrãs quomodo hæc præcepta Grammaticæ, Rhetoricæ, Dialecticæ, ceterisq; artibus liberalibus applicentur. item Theologiæ, Iurisprudentiæ & Medicinæ: idque per divisionem, Grammaticæ in Rudimenta. Syntaxim & Prosodiam, & Annotationes in illa: Rhetoricæ in quatuor partes fere æquales, subdivisiones in majores & minores. item Dialecticæ & ceterarum. Biblia, D. Thomas, aliique in ea scriptores. Institutiones Iuris & Digesta, Codex, Novellæ, ad eundem modum disponuntur: itemque quo modo tituli, leges, paragraphi, ad verbum, vel tantum materia dirigatur, ut per totam vitam semel debite applicata, inhæreant. Omnia quoque Medicinæ simplicia, Institutiones, Aphorismi Hippocratis, Galeni Compendium, & aliorum in Medicina scriptorum. Quomodo Advocati & Procuratores in causarum actionibus, Consiliarii, præsides, Legati ad Principes, Notarii, Mercatores, nuncii, ceterique omnes cujusque status aut conditionis uti possint: idque uno ex quinque modis ad lubitum cuiusque: dico tamen meam

meam de iis ſententiam, quid videlicet mihi magis probetur.

Forma quoque oſtenditur diſponendi artes liberales, Graviores diſciplinas, D. Thomam, alioſque Eccleſiæ Doctores, Hiſtorias controverſias, Conciones, & quidquid præterea dignum eſt cognitione; ut omnia & ſingula oculis repræſententur corporeis. in his longe lateq; explicandis lectio abſolvitur.

Nona explicantur tres, ex xxviii. regulæ, quibus obſervatis, felicius, maioreque decoro ars exercetur: reliquæ privatim Auditoribus legendæ offeruntur impreſſæ: propterea quod ex ſupra dictis, vel per ſe, facile intelligantur. Ex occaſione unius ex tribus explicatis, monſtratur ars illa memoriæ, quæ neq, locis neq; imaginibus indiget. cujus opera quidam maxima quæque præſtant, licet prima fronte ac in ſuperficie parvi videatur momenti. non poteſt tamen hæc ex tempore exerceri, ſed privato domi ſtudio, quæcunq; volumus accommodamus, ut perpetuo retineamus.

Adiicitur deinde methodus ſtudendi minore labore, & maiore profectu, artibus liberalibus, & altioribus diſciplinis in genere: & in ſpecie Philoſophiæ, qua quis commilitones ea deſtitutos ſuperet quamvis ingenio & induſtria præſtantiores.

Poſtremo forma Bibliothecæ conficiendæ, in qua non tantum tituli librorum, ſed tota materia in ſpecie ita diſponitur, ut qvocunqve ſimus

loco, etiam remotiſſimo, illa utamur, quaſi præſentes oculis ſingula legeremus corporis in materiali: quæ magno ſumtu & compararetur & circumferretur.

Subjunguntur admonitiones aliqvot, & quæ D. Thomas Aqvinas obſcure ac paucis de hac arte ſcripſerit: qvid Cicero & qvibus locis; item auctor ad Herennium. & Quintilianus, legenda demonſtrantur; atque ex hactenus dictis, plura conſideranda, addenda, detrahenda, commutanda cujuſque judicio relinqvuntur: ac ſic finis operi imponitur.

Duodecimo die ſtatuitur hora, qva Auditores conveniant, ac ſi qvæ habeant, ex omnibus ſupradictis dubia, proponant; ad qvæ reſpondetur promtiſſime, & ex tempore.

Si in applicanda arte dubium vel difficultas ſe offerat, ſemper habent facultatem libere accedendi Doctorem; poſt illius vero diſceſſum, licet cum aliis Auditoribus agere, dubia proponere; ſi qvis aliqvid adinvenerit, ſociis indicare licebit, modo ſymbolo dari ſolito conſtet, fuiſſe, Auditores; quod niſi oſtendant, qvamvis veriſimiliter de arte loqverentur, omnem ipſis fidem abrogatam vult.

Notandum hic eſt ad magnos effectus non ſine exercitatione juſti temporis perveniri, ut qvidam temere exiſtimant; neq; eos a nobis dari poſſe, ſed qvomodo ſingula fieri debeant, clariſſime demonſtratur; ita ut illi qvibus artis præcepta curæ ſunt, feliciter maximo ſuo commodo

modo & utilitate progrediantur; in quo unus alium ſuperat, ſicut in aliis artibus liberalibus, & gravioribus ſtudiis: & item in mechanicis. Nam ſi tales effectus ſine ſtudio, & applicandi labore vendi poſſent, non ſex vel xii. aureis Gallicis, ſed mile ducentis, duobus aut tribus milibus, aut pluribus eſſent redimendi; neque deeſſent emtores.

Nihil tamen traditur quod mediocri & diſcreto exercitio conſequi non poſſint Auditores, alioqui vanum & ridiculum eſſet, viris doctis & perſpicacibus offerre: qui talia profitentem, contemnerent. proſcriberent, & caſtigarent.

Nunc vero multorum fide digniſſimorum, ex certa ſcientia & experientia judicantium, & atteſtationum ſcriptis ſigillo munitis conſtat; & per examen juſſu magnificentiſſimi ampliſſimique D. Cancellarii Franciæ præmiſſum, & injunctum clariſſimo Domino Marillac, Magiſtro libellorum ſupplicum Lutetiæ, Regiumq; Privilegium, rem longe aliter ſe habere; ideoq; poſt 24. annorum in diverſis regionibus (ex quibus duodecim in Gallia tranſacti) profeſſionem, de veritate & utilitate artis, nemo juſtam habet occaſionem dubitandi.

IACOBUS CHRISTOPHORUS DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Baſilienſis, univerſis & ſingulis has literas viſuris ſalutem. Notum facimus & tenore præſentium atteſta-


testamur, Quod cum Dominus Lābertus Schēckelius Dusilvius in hanc nostram urbem Bruntrutanam a primariis quibusdam vocatus, artis memoriæ tradendæ causa venisset, intelligeremusque ex scholasticis nostri Gymnasii, aliisque subditis esse, qui eandem desiderarent artem audire; visum est nobis prius examinare, qualis ea ars esset, an utiliter tempus & pecuniam in eam exponerent? quam curam Reverendo Patri, Andreæ Silvio Societatis Iesu Doctori Theologo, & Iohanni Christiano Smidelinio Vicecancellario nostro commisimus; qui eam a principio ad finem audiverunt; & diligenter considerantes examinaverunt: inveneruntque in se nihil continere ullo modo contrarium Religioni Catholicæ, aut Reip. Christianæ offensivum: sed artem esse veram, liberalem & valde utilem, cuius beneficio admirabiles, ac pene incredibiles, etiam paucarum tantum horarum exercitatione adhibita, producantur effectus; adeo ut eam liberali quoque, & non exiguo solario, præsertim a ditioribus redimendam, non injuria arbitremur: sicuti etiam nobis constat, a multis sapientibus & doctis viris ita factum esse: nulla prius mercedis facta mentione; sed absoluto cursu ipsorum discretioni & liberalitati relictæ. Quocirca eam pro tali, omnibus & singulis commendamus. Datæ Bruntruti in arce nostra, 29. Maii, anni millesimi quingentesimi nonagesimi noni. sti: no: In signum veritatis, & pro maiore confirmatione sigillo nostro jussimus corroborari.

Subscriptum erat

Philip Scheppelin Secretarius.

CVM Lambertus Schenckelius Dusilvius in hanc urbem Dolanam appulisset, artis memoriæ tradēdæ causa, & aliqui ex convictoribus, ac discipulis nostris, *eam audire desiderarent, & multi a nobis iudicium ac consilium peterent:* quamvis ex P.N.V. & aliis intellexissemus scripto & viva voce, illam ab ipsis auditam cōmendari; *placuit tamen aliquot tam ex PP. quam ex MM. NN adiungere, ut cursu primo absoluto, certius iudicare & consulere possent.* duodecim itaque ex nostris illam auditam retulerunt, *artem liberalem ac veram esse, cuius adminiculo, brevi adhibita exercitatione, insignes produci possunt effectus: ac magnas utilitates a studiosis, adhibito exercitio, percipi posse: sibique a supradicto Schenckelio fatentur satisfactum scientia, fidelitate, & diligentia: multisque adeo gratam exstitisse, ut ex ipsorum relatione, nostri aliquot PP. & MM. permissu Schenckelii petito & obtento, a sociis eam audire peroptent.* In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, & sigillo S.N munitas dedimus. Dolæ 17. Calendas Ianuar. 599. Subscriptum erat.

P. B.



EIO-

DOCTORVM IN QVAVIS DIGNITATE ET FACVLTATE HOMINUM, DE ARTE MEMORIÆ,

examinatis præceptis, experientiaque comprobatis, ultro prolata: pro majore artis confirmatione, & maledicorum calumniis diluendis: qui vel tam sunt exigui judicii & inepti, ut medullam excellentium disciplinarum gustare ac penetrare nequeant; vel tam mali, ut calumniis alios, a rebus præclarissimis, & quasi divinis avertere, ne in studiis ab iis superentur invidia exstimulante, desiderentaliisque impedimento esse gaudeant.

DN. Carolus de Bourgeois I. V. L. & in Senatu Ducatus Brabantiæ Consiliarius, audita prima lectione, sua sponte prorupit in hæc verba: Ego & cognatus meus Antonius Heet Veldius I. V. L. Senator Lovaniẽsis annis XXV. conati sumus artem memoriæ ex Cic. Auctore ad Herennium, Sibuto, eruere; & nunquam potuimus assequi, sicuti ego nunc ex hujus primæ lectionis declaratione.

D. Iacobus Vander Noot Patritius Bruxellensis, Dn. Kisekemii, in convivio Consiliarii, inquit: Quatuor tantum habui lectiones, & affirmo me nolle carere institutione hac, mille coronatis: quia video me magna posse superstruere his fundamentis.

Dn.

Dn.Folcardus Van Acchelen I.V.L. & in Supremo Mechliniensi Senatu tunc Advocatus, coram Secretario Antverpiensis Senatus tale suum protulit judicium: artem esse liberalissimam acutilissimam omnibus, cuiusque status aut conditionis: præcipue tamen doctis, studiorumque exercitationi assuetis: adeo ut pro commoditate & utilitate studiorum ac negotiorum suorum, testaretur interposito juramento, ea se nolle carere institutione, mille florenorum lucro percipiendo. 25. Febru. 1593.

R. D. Ioannes Del-rio Archidi: & Officialis Antverpien: prima domi suæ audita lectione, sequēti die mihi pulsanti ostium aperuit, & totus lætitia gestiens inquit: heri apud focum, a famulis dictata 25. vocabula feliciter quovis ordine repetii. Gaudere me respondi, quod non ex sciētia tantum, sed experientia testimonium esset daturus: meum tale de ipso esse judicium, si octiduo se mecum quater in die quadrante vel semihora per intervalla exerceret, liber ab aliis negotiis, effecturum ut 500. repeteret. Respondit se credere, ac facile id colligere fieri posse: & tamen ars longissime aberat ab eo in quo nunc est perfectionis gradu

D. Carolus Breidelius I V. L. Pensionarius Brugēsis, quarta qua me audivit hora, intellecta Regula Sent: sive textus continui, sexdecim sine hæsitatione & errore faciliter repetiit: hora quarta promeridiana, totidem: & ab ultima ad primam 32. quovis ordine, Pensionarius Iprensis

coau-

coauditor mirabatur. & existimabat valde defatigatum: alacri se animo esse, citra omnem molestiam fecisse, velle certare, intermisso quadrantis horæ spatio, alias XX. pari facilitate repetiturum.

Montii Hannoniæ. R.P.R. cum me invitasset ad prandium, antequam accumberemus ait: Volui heri periculum aliquod artis facere, & didici quadrante horæ, quod sine ea tribus dieb. ediscendum noluissem suscipere. Quæ verba mihi vehementem attulerunt admirationem.

Idem ille, qui magnus Philosophus & Theologus, in Octobri 1594. contigit, cum trib. quatuorve horis & quidem obiter me de hac arte loquentem audivisset, sic quibusdam illius loci Canonicis dixit: ars est verissima & certissima, & nihil in ea mali. Quodsi vos sciretis quid esset de illa arte, ut ego, malletis carere omnibus bonis, quam illa arte. Illi ipsi quibus hæc dixerat, mihi retulerunt.

Alius ibidem Philo. & Theol. coauditor exclamavit his verbis: Si hæc ante multos annos scivissem, quam multa meminissem: quantus essem Theologus!

Doctor quidam Theologiæ Sorbonicus percepta arte, non dubitavit ultro dicere: optime meritus es de Ecclesia Dei, multum enim artis ad miniculo præstabo.

R.P. Hajus S.I. celebris libris editis, canus ob ætatem, Leodii audire me voluit: cūq; dicerem

non

non decorum fore, si ipse me accederet, libenter me ad Collegium venturum. respondit, non pudere etiam in illa ætate aliquid addiscere: Velle venire ut alii factum imitentur, videntes in ea ætate & opinione de se doctrinæ, ad eam artem audiendam quotidie convenire.

D. Ægidius Gullon. Sacerdos Leodii, quia nō erat ipsi provisū de beneficio Ecclesiastico, scholam aperuit puerorū, attentissime ex me artem audivit & applicuit. Scripsit post annum vel circiter literas, quibus indicabat se pro Pastoratu S. Mariæ Magdalenæ consequendo, cum magno Philosopho & Theologo concionibus publicis certasse, ac obtinuisse: idque nullo modo ausurum fuisse cogitare aut sperare, nisi adminiculo artis quam à me perceperat, memoriæ.

Vir quidam primariæ nobilitatis D. Bertramus van Loo &c. nō semel coram diversis ingenue professus est: Velle se eam artem quam jam, percepisse ante triginta annos, cum studiis daret operam, impendio mille dalerorum Imperialium.

D. Caspar Wercelnastius I. V. D. Illustriss. Duci Lotharingiæ à Consiliis, & in Camera Spirensi Agens, ex concione in via publica mihi obviam factus, auditis duabus tantum prælectionibus, me amplexus exclamavit: Domine si essem dives, quanto te afficerem honorario! quid ita? rogo; totam ait ille concionem applicui arti, & possum eam repetere. Subjeci: qui id fieri potuit, cum regulam de concione nondum

au-

audieris ; modumque quo usus fuerat, exposuit.

D. Petrus Parisius absoluto cursu cum me frequenter inviseret, & interdum aliquos mecū de arte discenda loqui audiret, dixit sponte, se fuisse auditorem, & malle centum aureorum jacturam pati, quam carere institutionem ea contigit Basileæ in Ianu. aut Febru. 1559.

Nobilis admodum Dn. & Assessor Cam. Imp. Spiræ, cum esset ipsi permissum dare honorarium quale & quando vellet, auditis quatuor aut quinque lectionibus, dedit sexdecim dal. Imp. cum his verbis: Dn. Schenkelii accipe hoc honorarium, & præterea si ad ampliorem aliquando dignitatē evectus fuero, & huius artis adminiculo Reip. Christianæ insignem operam navavero, omnium meritorum meorum pars ad te redibit: & si ego nunc, aut mei, tibi aut tuis ulla in re gratificari poterimus, experieris paratissimos.

R. P. Præfectus Lemovici, non tantum in classibus superioribus, sed etiam in Syntaxis adhortatus est his verbis, suadeo ne occasionem huius artis discendæ negligatis, si jam non potestis capere, habebitis libellum, & licebit cum aliis cōferre. Nam tunc non habebitis hic præsentem hunc doctorem. Non soleo autem recipere, nisi sint in Rhetorica aut essent adultiores & capaces.

Burdigalæ celeberrimus Advocatus, & alius junior, postea factus illius gener, perspicaci inge-

genio viri,me ad se vocarunt,quibus sic sum loquutus: Si unius horæ spatio effecero ut eadem XXV. vocabula quovis ordine repetatis,altera XII. sententias sine errore, deinde vos vestro q; ajunt marte 8. 10. aut 12. diebus exerceatis,semi hora in una regula,& semihora in altera,id consequamini ut 100. 200. 300. vocabula 10. 20. 30. 40. sententias verbotenus, exacte repetatis, quanti illas duas lectiones æstimaretis? statim sine deliberatione responderunt: Id pecunia æstimari non posse. Non dubito quin non solum sex aut XII. sed XX. XXX. vel XL. aureis ducatis judicassent redimendas. Longiore vero accedente exercitio, anni unius aut duorum, 60. 80. 100. vel 200. a quibusdam repeterentur.

Ibidem unus Auditorum meorum, loquutus est Franciscano, Philosopho & Theologo, sibi familiari,& inter alia mentionem fecit artis memoriæ, suumque de ea dixit iudicium, ideoque conventum me petiit, & de audienda arte convenit, assumtis sibi aliquot religiosis, inter quos fuit Gvardianus paulo post electione coactus agere Provincialē in Comitatu Tolosano, Philosophus & Theologus eximius. Cursu absoluto, cōvocatis in signum gratitudinis quibusdam amicis, mea causa magnifico cōvivio me excepit. ultra. honorariū pecuniæ oblatum. ac unus eorum maximas egit gratias illi viro, qui de arte fuerat loquutus,occasionemq; hoc modo obtulerit ejus audiendæ: vehementer admodum sibi hoc nomine gratulatus.

Vesontione Theologus quidam obsoluto cursu: præsentibus Theologis & jurisconsultis ad me conversus ait: Domine Schenckeli nolo tibi adulari, primis tuis duabus lectionibus nollem carere precio centum aureorum. Idem *post aliquot septimanas literas misit quæ in fine sic habent: Interim utor arte cum vacat, mirum quantum ego ea delecter, quantosq; fructus me percipere sentiam & sperem, quos sine ea me consequi posse prorsus diffiderem. Itaq; non dicam modo, quod alias dixi, nummis non paucis, sed nec officiis (si a piis & sacris discessero) redimi posse. absit Domine mi adulationis suspicio id tantum a superioribus consequi potui: ne &c.*

Aliquis I.V.D. & Advocatus in Senatu Dolæ audita arte, & aliquot diebus diligenter considerata, sua sponte ita de ea loquutus est: Si scirem me *XX.annis victurum, nollem XX.milibus Francorum ea carere: Si vero decem annis me supervicturum certus essem, X.milibus nollem illi renunciare*, de quibus nimis magnificis verbis illum reprehendi, dicens satis esse, si *vel centum aureis, vel adsummum mille æstimaret.*

Dolæ e quinque Consiliariis unus verba pro omnibus faciens, sic loquutus est: Clarissime Domine, artem quam nobis tradidisti, miramur ac suspicimus: neq; hic aut alibi eam commendare, & bene de ea loqui desinemus. Maximas agimus tibi gratias, ac fatemur illam pecunia nõ æstimari posse: tamen pro significatione nostræ benevolentiæ, & sumtibus factis, dum nostra

hic

hic causa subsistis, suscipies hos, quos offerimus tibi aureos: & præterea si qua in re nostra opera uti velis, paratos ad obsequium tibi tuisq; præstandum, invenies

Rotomagi audivit me egregius adolescens Delphensis I. V. Studiosus: obsoluto cursu, applicata suis studiis arte, trib. quatuor vel quinque septimanis, elapsis rediit me invisum, & inter cetera dixit: Si qui sint artem memoriæ volétes audire, dubitátes tñ de ea, & utilitatibus: vocame, coram illis tale dabo in jurisprudentia specimen, ut mirentur ac fidem, adhibeant.

Præceptor filii Comitis Averniæ, Lutetiæ audita ex me arte, post aliquot septimanas venit me invisum: inter alia sponte dixit: Domine, si qui se offerant, qui de effectibus artis dubitent, jube me vocari, tale exhibebo in Theologia specimen, ut fidem attribuant.

Mussiponti Doctor Theolo: & Professor Inter docendum Auditoribus dixit in classe: hoc facio ex tempore per artem memoriæ, sine qua hora integra fuisset mihi laborandum.

Professor Rhetoricæ mane ante septimam exspectabat adventum, & intranti dixit: legi hodie pro te sacrum: & gestu verbisque magna signa benevolentiæ ostendebat.

R.P.M. cũ ante 12. annos Dolæ me audivisset, ac Biterræ R. C. S. I. esset, cum 20. PP. & M.M. (nam intellexerat multa addita, & jam artem ad eam perfectionem deductam, ut nihil deesset

ſet, niſi applicatio) denuo audire non neglexit: in claſſibus honorificam fieri mentionem ac commendari juſſit.

R. P. Concionator Biterræ, in feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, publice e ſuggeſtu injecta mentione artis memoriæ, illam commendavit, quod memoria etiam artificio & directione juvari poſſet affirmans.

Reverendus P. quidam Biterræ, mihi retulit, ſe cum ſocio interfuiſſe convivio, factamq; mẽtionem artis memoriæ: ac aliquos non bene de ea loqvutos: a ſe defenſionem ſuſceptam, (fuerat enim auditor meus) & præter alia dixiſſe, PP. So: I. in Indiis, Iapania & Iaponia, omnib. ob memoriam eſſe admirationi. quidam enim jam ex meis Auditoribus eo miſſi ſunt: & jam hoc vere R. P. D. Ioannes Terrentius So: I. omnium hominum in quavis ſcientia doctiſſimus, noſter olim auditor & convictor eo dirigitur.

Lucernę ſex Magiſtri permiſſu R. P. R. die reſpirationis à ſtudiis, in campis audiverunt obiter (nam quinq; eadem continuatione habebam lectiones) ſequenti die in Collegio: ſæpius ad prandium vocatus, ſemel ivi: diſcedenti ſponte nec exſpectanti, imo recuſanti, roſarium, agnũ Dei argẽto incluſum, metalla conſecrata ad merendum indulgentias obtulerunt, unus eorum dixit ſe ſacrum pro me dicturum, & curaturum, ut alii omnes ordine idem facerent.

Nobilis quidam ex aulicis magni viri Gratianopoli, abſoluta ultima lectione, juniori Advo-

cato

cato ex me quærenti, quid jam didicisset? nescio an per jocum, an alia de causa istam proponeret quæstionem. admirans illius verba, rogavi anne ipse sciret quid didicisset? & fuissem quadã suffusus verecundia, nisi ille alter insigniter respõdisset. quid didicerimus rogas? ego ea didici, quibus lucro cẽtum aureorum nollem carere. nam possum præcepta bene applicare concionibus, historiis, aliisq; quib. libet rebus. his verbis ita os alteri obturavit, ut ne hiscere quidẽ auderet.

D. Præfectus aulæ Reverendiss: ac Illustriss: Dn. Iacobi Christophori Episcopi Basileensis, 1599. primis auditis duabus lectionibus, ablegatus est aliquo, ac in iis q̃ in conventu tractabãtur retinendis adjutũ magnopere R.P.R. Barth: Weld. fassus est: & absoluto cursu, quatuor aureos singulos quatuor valẽtes, honorariũ spõte obtulit: nulla prius mercedis facta mentione.

Alius Theologus R. P. B. W. Bruntruto scribebat de Magistris, qui meo permissu artẽ ab eo audierant: Gaudent & mirantur, dant specimina arte digna, Itẽ ille a me obtinuit ut XXXIII. sui ordinis liceret docere: deinde per literas petiit, ut secundo eũdem numerum permitterem: quod negavi, addita ratione, tot ab ipso instituẽdos fore, ut quocumq; venirem, non habiturum occasionem bene de PP. & MM. merendi.

Bruntruti audiverunt me duo, quorum unus nuncio retulit, se audivisse artem, qua centum florenis nollet carere. ipse nuncius Rinsfeldæ in ædibus R.D. Præpositi hoc retulit.

Magnus quidam Vir, I.V.D. Mathematicus insignis & Philosophus, in epistola ad me directa, sic habet: heri fuit mihi occasio loquendi cum R.P.S. is maxime probat hanc artem: & cum sit concionator in aula Serenifs: nostri Principis, eadem se uti dixit. coniicio eum hanc artem didicisse ex P. So: qui eam ex te audivit.

Dn. Ioannes Paulus Rothius I.V.D. absoluto aliquot diebus cursu, factaq; experientia in concione repetenda, & sententiis ex eadem ad verbum retinendis, me invisit, ac inter alia lætabūdus & gestiens dixit: se magnum auxilium ex arte sentire, periculum fecisse successu felici: confirmavit juramento per Deum vivum, se nolle carere ea arte lucro centum florenorum: iteravit statim idem juramentum, & loco centū, mille dixit, ac me supra stipulatā remunerationem, extra ordinario dono honoravit. contigit Vlmæ circiter 13. aut 14. Martii 1614.

Viennę Aust: Magnificus D. Rector cupiebat specimen aliquot videre: docui unā hora studiosum jurisprudêntiæ, ac repetiit ad verbum 15. sententias. Die statuto nobis ad comparendum coram Senatu Academico Mag: D. Rector intraturus aulam Senatoriā, rogat an adduxerim adolescentem? affirmavi: quo viso, dixit: non opus fore specimine. Præceptor nobiliū qui convivebant ipsi, venit ad eum locum, in quo exercuer am adolescentem, ac ipsi narrarūt quod viderant, quasi magna dignum admiratione: quia juve-

juvenis ille nondum abiverat, oravit ut coram se easdem repeteret: quod non recusavit.

Lector Rhetoricæ Viennæ M. M. B. mecum aliis audierat, postea misit ad me literas, quibus suum indicabat de arte judicium, his verbis: Artem *memoriæ a v. d tradi solitam esse veram, non fucatam: nihil adferre detrimenti, esse perjucundam, imo per utilem, si rite ejus præceptis pareatur: esse dignam homine ingenuo, & literarum amante. uno verbo artem memoriæ rem esse præstantem, seu spectetur ejus dignitas seu utilitas. hoc sentio, hoc alios: si idem experientia probaverint, sensuros sentio.* 3. Octob: 1616. Gretii.

R. P. M. B. in literis ad me datis Viennæ 24. Februarii 1616. sic habet: *Magni viri tui quondam hic Auditores, non raro memores sunt beneficii a te in ipsos collati.*

Pragæ fuit studiosus Philosophiæ, qui valde feliciter artem audierat, & egregium specimen edere potuisset: quod secunda lectione, & sequenti die in exercitio ejusdem, non obscure coram XXX. ex auditoribus ostenderat: interrogatus quanto premio proposito, vellet jurare, se in tota vita nō usurum arte; respondit: dedi tot quidem, sed nollem quinquaginta Imperialibus ea carere institutione & usu. Si voluisset ex animo sincere loqui, scio illum centum aut ducentos nominaturum fuisse.

Obtulit se Pragæ alius auditor M. S. Goglo-viensis, qui se non nihil ad speciem exhibendum in vocabulis, sentētiis, & decem scribis simul di-

versas epistolas dictandis offerebat: sed quia solus erat, nec alter vellet se jungere, ne Dominus ejus (Abbas quidam, cui non admodum, variis distracto negotiis, sapiebat hoc ferculum) ægre ferret, nolui autem unum solum ad specimen edendum producere.

Tertius fuit, quem quia in tradenda arte adverteram magna quadam facilitate & promtitudine 15. sententias verbotenus repetere: hortatus sum ut ad specimē se sineret a me exerceri, semel venit, repetiit alias eadem facilitate, adiiciens se quinquaginta facile repetiturum: tamen ad exercitium octo decem ve dierum, semi tantum in die hora, non est reversus: forte quod non licuerit per statas lectiones in Collegio: aut quod præfectus quotidie excurrendi hora certa noluerit dare facultatem.

Alii magni viri, diversis in locis, nulla prius facta mercedis conventione, absoluto cursu pluribus aureis quam fuissem petiturus, honorarunt. aliqui 12.16.20.24. Magnates equis, rheda, vel navigio ad se vocarunt. aliquando 3. 4. 5. 6. aut plurium dierum itinere, artis memoriæ audiēdæ causa. valde magnifice exceptum secum detinuerunt, ac deduci suis sumtibus curarunt ad locum unde evocarant.

In Martio, Apr: vel circiter an: 1693. Rev: D. Michael Hetsrœi Bruegelius S.T.L. Canonicus Cath: Eccle: B. Mariæ Antverpiæ; Librorum Censor, in eodem templo, ꝙ summum est, habebat lectiones Catechisticas, in quibus puero-

rum

rum unus proponebat alteri quæstiones vicissim;ad quas cum valde promte responderet, inquit:fili tu ista tã bene ac celeriter recitas, quasi teneres artem memoriæ: & quia *huius incidit mentio,audio esse aliquos qui putent, non veram & liberalem esse:suspicenturque aliquid superstitionis, aut magiæ subesse:sed affirmo ex certa scientia, (interfui enim examini,regulas auditas diligenter consideravi)nihil omnino latere mali: sed artem esse veram, liberalem & valde utilem.* Hic loquitur ex scientia,Pastor D.Iacobi,de quo in Brevill.Refutatione cavillationum,ex ignorantia.

Cic.lib.2.de Oratore:neque verum est, quod ab inertibus dicitur:opprimi memoriam imaginum pondere, & obscurari etiam id, quod per se tenere natura potuisset. Vidi enim ego summos homines,& divina prope memoriâ: Athenis,Carneadem,in Asia,quẽ vivere hodie ajunt, Sceptium Metrodorum: quorum uterque tanquam literis in cera, sic se ajebat imaginibus,in iis locis quos haberet,quę meminisse vellet,perscribere.

De hac sic quidam:

Temporis ut longi spacio percepta teneri,
Ac animo possint fixa manere tuo:
Hanc lege,collectam memorandi gnaviter artẽ
Quâ sine judicio mens hebet ipsa suo
Hæc est ingenii lumen,custosquę laboris?
Erigit hæc sensus,intrepidosq; facit.
Rhetoras hæc firmat,juvat hæc ars jura volentẽ
Discere,vis aliud Pallas amavit opus.

Nec quis contemnat, Cicero quod voce diserta
Comprobat, & verbis ornat ubiq; suis.
Et quod Simonides, ceu Metrodorus, ut aiunt.
Inventum cura gaudeat esse sua.
Quod vel Aristoteles divinum credere munus
Non dubitat, Sophicæ gloria prima scholæ.
In quo Carneades totis laudatus Athenis
Floruit; & Senecæ vis memoranda fuit.
Angelicus D. quam Thomas scripsit Aquinas.
Tam licet obscure, ut non capere inde queat.
Plures Doctores Medici, Iurisq; periti,
Theologi: passim scripta videre licet
Quãq; probant õnes, bene qui didicere sed, illã
Ignorans, stupidus carpere bubo solet.

Si in ore duorum aut trium stat omne verbum, multo igitur magis in ore plurium, ex certa scientia, & experientia facta, concordi suffragio idem asserẽtium: juxta illud: unicuique sua credendum fertur in arte.



BRE-

BREVISSIMA REFUTATIO EARUM CAVILLATIONUM, QUÆ

contra artem memoriæ, a nonnullis vel prorsus ignorantibus, aut veram methodum nescientibus, temere solent efferri: vel pravis invidiæ stimulis exagitati, aliis impedimento in rerum præclarissimarum cognitione esse gaudeant: ne ab iis in studiorum feliciore progressu superentur.

ANno M. D. XCII. rudi quadam artis memoriæ demonstratione intellecta, judicavi fundamentũ esse firmum, cui majora superstrui possent: ideoq; cogitationes meæ eo spectarunt, ut addendo, detrahendo, mutando in eam formam redigeretur, quæ Auditoribus satisfaceret. ad quod non parum juvit colloquium, cum perspicacis ingenii, magnæque doctrinæ hominibus, diversis in locis: quorum suggestione paulatim ad eum perfectionis gradum est perducta, ut nihil restet, nisi applicatio. Sed quia omnis instructio nova, vel saltem paucis nota, cujus effectus admirabiles, multorum exponitur obloquio: quisque enim ex suo illam metitur & æstimat ingenio: operæ precium judicavi, cavillationes ipsorum paucis refutare: ut utraque parte examinata, æquis rerum æstimatoribus veritas elucescat. 1. Prima tunc temporis hæc fuit: *Effectus tam mirandos unius*

vel duarum horarum institutione, non posse obtineri; sed superstitionem aut magiam subesse. quæ opinio licet examine Reverendissimi Episcopi Antverpiensis D. Lævini Torrentii, & trium ad hoc assumtorum Theologorum, sufficienter debebat esse exemta, præsertim accedente R.D. Ioannis le Mire approbatione, postea etiam Episcopi Antverpiensis: & Domini Caroli Bourgeois Consiliarii in Senatu Brabantiæ, ex certa scientia & experientia profecta: tamen ut magni ponderis suspicio facilius hominum mentibus eraderetur a pluribus Episcopis, Inquisitoribus, Senatibus academicis, D. D. Theologiæ, Iurisprudentiæ, & Medicinæ, Religiosis diversorum Ordinum, idem judicium est confirmatum : ita ut nemo habeat justam de hac occasionem dubitandi. Præterea si Theologi audivissent vel unicum verbum suspectum, noluissent progredi, detulissent ad Superiores, puniri talia docentem curassent: at testimonio falsi sunt contrarium, sigillis munito.

2. Altera. quæ a doctis quidem iisque magnis viris, sed veræ methodi ignaris, adfertur; *hanc artem plus adferre laboris & oneris, quam commoditatis, auxilii vel utilitatis, ideoq; præstare sola contentum esse memoria naturali: exercitatione exculta hactenus a plerisq; usitata: quam occupari in locis & imaginibus excogitandis & formandis.* Herculeum profecto argumentum, quasi quis dicat: qui vult mentis suæ cōceptus calamo exprimere,

re, & abſentibus ſignificare, vel ad poſteros tranſmittere,debet neceſſario habere calamum, cultellum quo aptet,chartam,atramentum, vel quod eorum vicem ſuppleat : deinde manum ducendo formare pro ſingulis dictionibus ex alphabeto characteres convenientes,uſque ad innumeros milliones:& ſuo quoſque ordine & locis collocare,ut alii legentes aſſequantur : ergo ars ſcribendi & legendi eſt laborioſior quam utilior:neque conſultum eam diſcere : cum nihil in rebus humanis ſit nobilius, excellentius & utilius : quod meo judicio, omnes quidem homines, ab exordio mundi uſque ad finem; nec Angelici ſpiritus, etiamſi in hoc ſolo cunctas ingenii vires intendiſſent, ſine ſingulari Spiritus ſancti inſpiratione excogitare potuiſſent.per XXVI. notulas ſeu literas (tot enim ſunt revera, nullam addo i & u diſtinguo a i & v & hanc VV. duplico) tam varia mundi idiomata perfectiſſime exprimere, abſentibus quam latiſſime, & ad finem mundi poſteris tradere harum adminiculo, quidquid cuicumque libuerit : anne omnium maxima digniſſimum admiratione videatur : & omnem ingenii capacitatem excedere, niſi fidem experientia feciſſet : Pro unaquaque arte mechanica tot opus eſt inſtrumentis, quibus effectus producuntur, magnis fiunt multa eorum ſumptibus, & laboribus, deinde uſum longo exercitio accedere neceſſarium eſt, ut deinde in operibus conficiendis dextre procedant; omnes

ergo

ergo illæ artes plus oneris habent, quam utilitatis: ideoque negligendæ! quam multa eruuntur quotidie humana sagacitate & industria, superioribus seculis incognita? ad quam perfectionem paulatim ab ingeniosis singula producuntur! de quibus si quis pro dignitate vellet loqui, magnum conscriberet volumen. latius cuiq; cõsideranda relinquimus. Quod quidem ad nostrã artem, hactenus a nemine mortalium inventus fuit modus, formandi spacio quadrantis horæ (præmisso exercitio 2. 3. vel 4. tantum hebdomadarum) tot locos, quot opus est pro omni scibili: videlicet decem aut XX. miliones: imagines nullas invenire vel excogitare necesse est: omnes illas præceptiones de imaginibus inveniendis à multis traditas, tanquam superfluas omittimus. modum exercendæ memoriæ usitatum, non rejicimus: sed sublevamus: & ad faciliorem expeditioremq; ac perfectiorẽ redigimus: ita ut si cui ars cordi sit, possit jucunda via plurimum per hanc ancillatricem artem & directricem breviori tempore, in quovis studio, stupendum in modum proficere. quod multis contigit priscis seculis, ad nostrum usque: quorum nomina in primo nostro de memoria libro recensentur.

3. *Quod hæc ars non omnibus conveniat, fieri enim posse, ut cultores eius ad amentiam redigantur: & pro memoria comparent maniam.* Sic ex Theologia, jurisprudẽtia, Medicina, Philosophiæ studio, Arithmetica, Geometria, Astronomia, Mu-

ſica:etiã ex artib.mechanicis,poſſet contingere, ſi quis abutatur: & velit continua ſpeculatione abditiſſima quæq; penetrare; at non ex hac plus eſt periculi,quã ex quovis alio ſtudio.ſi q̃s methodum noſtrã ſequatur, etiamſi per totã vitam in ea quótidie ſe exerceret,nihil erit prorſus metuendum:etiã ſi quater in die per temporis intervalla quadrãtem vel ſemihorã huic exercitio tribueret. Quot ſunt in Italia, qui eam tenent? quot in Gallia, Burgundia, utraque Germania, mei Auditores! nihil unquam auditum, quidquam mali cuiquam adveniſſe. Si quis ex libris ſine viva doctoris voce & ductu, putet ſe aſſequuturum: vel ſi imperitum habeat bonæ methodi ducem, tum cogitet magna opus diſcretione, ne deviet, & in foveam incidat: ſed qui recte dirigitur, nullam ex omnibus ſcientiis fatebitur naturæ convenientiorem: ut quam neſcientes quotidie aliquo modo exerceant. nullius enim rei meminiſſe poſſumus,niſi mente confugiamus ad locos & imagines:juxta illud Philoſophi: nihil recipitur in intellectum,niſi prius fuerit in ſenſu,ac per ſpecies. & oportet intelligentem phantaſmata ſpeculari: E. G. ubi natus? Dulilvæ, in qua platea,domo,cubiculo? tali, en locos: quis pater? occurrit imago viſi, picti,aut ex relatione aliorum impreſſa.Sic de matre,fratribus,ſororibus, famulis, ancillis, familiaribus. quid egiſti? ad quartum vel quintum annum domi ſui parẽtib. oblectamento:deinde adivi ſcholam,ſitam in tali pla-

li platea,en locos:quisRector,Præceptores,cõmilitones:tales&tales,hic imagines.ac sic in cęteris omnib. principia omnium artium liberalium & mechanicarũ,a Deo hominib. indita sunt; quibus si accedat labor&industria,effectus producuntur admiratione digni.Sic videmus quosdam literarũ rudes syllogismum aut enthymema proferre,quosdam promte numerare, benè canere,sarcire,saltare:vel aliud dexteritate quadam efficere.At cur alius aliũ superat? quia magis cordi est,majoremq;,discretam tamen,adhibuit industriam.*Deinde obiiciunt: 4. A Deo unicuique memoriam esse datam , quæ si usitato hactenus more exerceatur,sufficere: Deum non plus a nobis exacturum.* puerilis cavillatio, qua omnis institutio subverteretur. Deus unicuiq; dedit vocem, promtitudinem numerandi,eloquentiã quibusdam non vulgarẽ,ergo non opus est artẽ canẽdi, numerandi,Rhetoricam Philosophiam discere. anne in omni studio,disciplina arte, alios superant,qui plus industriæ attulerũt? An õnes possunt esse Homeri Virgilii, Cicerones, Demosthenes,Platones,Aristoteles,Zeuxes, Parrhasii:*5.a me hanc artẽ non esse inventã,ab alio accepisse, & libris adiutũ eorũ,qui hanc tractarũt:alios ex iisdẽ fontibus posse haurire:Quod ad primã huius obiectionis partẽ*, Fundamenta quædam rudia intellexi, sed methodo rationi adeo cõtraria,ut nihil magis:addendo,transponẽdo,abjiciẽdo, præsertim ex collatione & suggestione auditorũ, excellentium virorum in quavis facultate, in eam tandẽ

for-

formã redacta eſt, ut jam nihil deſit, niſi applicatio: & merito hoc mihi ſumo, a nullo hactenus doctorum ad eum perfectionis gradum perductam. quidquid dicat Plato, Ariſtoteles, Cic. Auctor ad Herennium, ipſe D. Thomas Aquinas, multique magni Theo: Iuriſconſulti, Medici, qui eã poſteritati tranſmittere voluerũt. Quod vero attinet ad alteram argumenti partem, ſi ſufficit aliquam ex liberalibus artibus, & gravioribus diſciplinis impreſſam eſſe, ut inde petantur quæ ſtudioſi homines ſcire deſiderant; omnis ſublata fuerit inſtitutio & Profeſſio; ſubvertentur omnes ſcholæ & Academiæ, per totũ orbem terrarum a majoribus erectæ. Quam innumeri exſtant libri Gram: Rhet: Dial: ! &c. Theol: Iuriſprud: Med. ! &c. nimis multi, mileſima pars numeri plus ſatis eſſet, an propterea vox non debeat viva accedere profeſſorum ! vanum ac puerile eſſe judicium; quis non videt? ſuo ſe ipſe jugulat gladio, & quod verbis imprudenter vel malitioſe protulit, factis declaravit non ita eſſe; dum ipſe a puero ſcholas adierit aliquot annis diſcendi, & poſtea docendi cauſa. Quid dicam de ſacris concionibus ubique locorum intermittendis? cum exſtent milia, & habeantur Biblia (ſi modo mutę literæ, ſine interpretatione Spiritus ſancti, per Doctorum Eccleſiæ ora revelata & ſcripta faciant Biblia, ſeu verbum Dei) quacumque lingua, ex quibus omnia petentur, ad ſalutem neceſſaria ſcilicet, an vulgi labor hic; non, non inquam; litera occidit,

 Spiritus

Spiritus autem vivificat: *&* unicuique in sua arte credendum est: nec sutor ultra crepidam. Solem e mundo sustulerit, ipsumque terrarum orbem subverterit: omniaque confuderit: qui vellet asserere pertinaciter , sufficere mutis scriptis omnia & singula sufficienter cõmissa: ita ut non opus sit viva docentis voce. & quod majus est, Deum Patrem, Christum Redemptorem nostrum, Spiritum sanctum quoque videretur in officio velle impedire (quod non queant omnes simul Angeli & homines) suggerentem Episcopis & Ecclesiæ Cath: Apost: Rom: Doctoribus quid publice e suggestu, & privatim in confessionibus & consultationibus sit docendum, ac populo proponẽdum: ex quibus patet, non tantum ineptam & iniquam, sed impiam esse talem cavillationem: homine Philosopho ac Theologo indignissimam, 6. *Quidam dietam observandam putant, & a vino abstinendum.* Somniarunt credo, cum nihil tale a me præscribatur: tantisper fateor, quod aliquis ebrietate impos esset mentis, tũ nõ plus in hac, quã in aliis posset præstare, sed postquam edormiverit crapulam, quidquid ante fuerit applicatum inveniet. frivola igitur hæc objectio. cum non habent aliud quod præterea dicant, subjungunt, 7. *se habere alias rationes, quas non opus est mihi dicere: sicuti nec meas scire cupiunt.* Sic solent pueri terreri, quasi reticentia, multa præterea cælentur. glorior ne unum quidẽ firmum adferri posse in contrariam partem argumentum. Equidem primo libro edito,

edito,toti mundo meas obtuli, si qui meliores habeant, verbis aut stylo promant: ut responsione opposita, lectori luce solari clarius pateat, quam imbecilli fundamento nitantur. Postremo an sexcenti Auditores Episcopi, Inquisitores, Doctores Religiosi docti, & integerrimæ vitæ, una voce & suffragio ex certa scientia & experientia, testimonium dedissent laudabile, de veritate, utilitate & liberalitate: ut falso testimonio non præsentis temporis homines, sed etiam futuri deciperent? Videri igitur posse judico, quantum aberrent a veritate hujus artis reprehensores:& quā in Episcopos& Doctores in quavis facultate, religiosos diversorum ordinū pios & doctos viros, sint maledici & injurii, qui ipsam artem speciosis titulis ornarunt, prædivinum beneficium appellantes, & Thesaurum perutilem Theologis, Concionatoribus, Juristis, Medicis, Philosophis, Oratoribus &c; Anno 1593 pridie Dominicæ Sexag; Pastor S. Iacobi consultus a Ioanne Baxio, se alienissimum ab arte ostendit, fuerat paulo ante meus Pastor; audiens itaque eum tam averso animo, cogitavi mihi profore, si illum in meam pertraherem sententiam: ac eodem probaret ore, quo prius vituperasset: accessi, conatusque sum rationibus & sigillato testimonio Reverendissimi Episcopi ostenso; quod hic interserto, ab opinione deflectere: quod est tale: Nos infrascripti, deputati a R. Domino Lævino Torrentio, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo

Antverpiensi, ad examinandum M. Lambertum Schenckelium Dusilvium, super arte memoriȩ, quam M. Ioannes Baxius inquisitor rerum Magicarum Antverpiæ, de superstitione & magia suspectam reddere, verbis & scriptis conatus est: attestamur tenore præsentium, diligenter examinatum supradictum Schenckelium: audita etiã verbali responsione ejus, ad argumenta contra eam artem, ab eodem Baxio scripto exhibita: acceptoque juramento Schenckelii expurgatorio: vocatis etiam a Domino Officiali, & auditis duobus Theologis, Dei Sacerdotibus, qui ex certa scientia de ea testati sunt: omnibus inquam diligenter examinatis & discussis, invenimus supradictã artem memoriȩ, quam Schenckelius profitetur, ab omni superstitione & magia esse liberrimam: nihilque continere, contrarium fidei Catholicæ Romanæ: aut offensivum Reipublicæ Christianæ: eamque nec inhonestam esse aut illiberalem: magnumque naturali memoriæ adferre adjumentum. In quorum omnium & singulorum testimonium, præsentibus literis testimonialibus subscripsimus, & eas sigillo R. Domini Episcopi, curavimus communiri: datis Antverpiæ die primo Februarii anni Domini millesimi, quingentesimi & nonagesimi tertii. subscriptum erat I. Del Rio Archid: & Officialis Antverpiensis. Silvester Pardo R. Domini præfati Episcopi Antverpiensis Vicarius, & sigillifer S. Theologiæ Licentiatus, Cathedralis Ecclesiæ Ant: Canonicus, librorumque

Cen-

Censor. Michael Hetsroey Bruegelius. S. Theolog. Licentiatus, & Canonicus B. Mariæ Antverp. libror: Censor. sed frustra, dicebat enim etiam si omnes scripto approbarent, nunquam illorum sententiæ acquieturum. mirabar legitimis suis judicibus non velle parere. respondi me die lunæ venturũ, ac gratis illi regulas declaraturũ, ut ex certa sciẽtia melius posset judicare: eoque valedicto abii. fuit hoc die sabbathi circiter septimam matutinam. Sequenti die Dominico, qui erat quartus post Epiphaniæ, cum de Zizaniis concionaretur, inter alia dixit: Intelligo nunc in hac etiam urbe zizania seminari, de memoria, & dum seminantur, non internoscuntur, sed quando excreverint, tunc cognoscentur esse zizania & a diabolo. retulit id quidam meus fautor, accessi Reverendum D. Officialem Del Rio, petens facultatem citandi, ut rationẽ redderet eorum verborum; aut si non possit, cogeretur via justitiæ revocare, ac honorem restituere arti & meæ personæ; at non permisit, monendum a se dixit, ne quid tale postea accidat. respondeo famæ meę nõ satis factum iri. factus postea casu obviam, interrogavi anne meminisset? nõdum inquit, sed hodie faciam, ex quibus patet me a R. D. Officiali quadam affectum injuria, & damno; non permissa facultate quæ nemini debet negari, illum via justitiæ conveniendi. si enim id licuisset, condemnatus fuisset ad publice revocanda verba sua e suggestu: & ad restituendũ honorem arti & meæ personæ, quod

valde

valde profuisset rebus meis& Professioni.Præterea hinc liquet R. D. Michaelem Hetsroey cuius in Elogiis facta mentio fol:ultimo ex scientia judicasse, & sententiam publice e suggesto protulisse; hunc vero Pastorem ex ignorantia crassa; utpote Rhetor, Orator & Philosophus Theol: & Pastor debebat legisse D. Augustinum lib. 10.Confess. a cap. 8. ad 26, ubi de memoria fuse agit: lib. de anima, & eius origine, lib: 4. cap. 7. to: 7. ubi inter alia insigne refert exemplum seu specimen memoriæ, quod edidit amicus illius Simplicius. quod adducitur a me in lib:1. de Memoria. & D. Thomã Aquinatem, quem vocant Doct: Angelicum 2a 2æ q. 49. A. 1. R. ad 2. qui paucissimis ideoque obscure eandem tractat. Aristot. Cic. Auct: ad Heren: Quintil: Senecã aliosque S. T. DD. qui eam editis libris ad posteritatem transmittere conati sunt:& studiosorũ manib. passim in scholis teruntur. quis non miretur ejus & similium imprudentẽ temeritatẽ, qui dũ de aliis male etiam publice audent loqui, suam produnt ignorantiã. Quod idem Ioan: Baxio contigisse min⁹ est mirandum; Magis vero de M. Henrico Cuyckio S. T. D. Cancel: Acad: Lovanien: & Pontificio ac Regio Librorum Censore; cui cum offerrem quædam a me hinc inde collecta, & manu descripta; adeo se averso esse ab ea arte animo ostendit, opinor ex mala informatione Io: Baxii, ut sæpius recurrerem ad obtinendam libelli approbationem, licet coram Magnifico D.

Rectore

Rectore universitatis, & R. D. Iacobo Baio, ut quoque a RR. DD. Stapletono & pastore S. Michaelis, etiam S. T. Doctoribus & Professoribus, examini interfuisset, ab iisque approbatam sciret, & in via publica me illi offerens, ut tandem censeret; viderem que in aversione animi perseverare, ut flecterem, dixi; Quid diceret R. V. si possim ostendere, hanc arté a Divo Thoma Aquinate esse tractatam? ad quæ verba turbatus præ admiratione fuit, & obtuli illi verba D. Thomæ impressa. qua de re cum uni Doctorum nominatorũ cõquererer, hoc dedit consilii, ut assumto Notario & duobus testibus, officium eius postularem. teneri enim ad hoc, & possidere ideo præbendam, ut vocant bonam. Doctor qui hoc suggessit consilium, profundo & perspicaci erat ingenio, & obiter ac in genere arte ex me audita, in consessu supradicto, cui intererat Cuyckius aperte dicebat; se intellexisse præcepta, nihil subesse mali, ac se bene posse uti. Cuyckius videns se compelli via juris, intravit musæum, arreptaque penna subscripsit his verbis: Tractatum hunc de arte memoriæ, cum compluribus facultatis nostræ Theologicæ Magistris communicatum, judico & judicant mecum iidem Magistri, quibuscum eũ examinavi, non posse utiliter in lucem emitti. actũ Lovanii 26. Iunii 1593. Henricus Cuyckius Pontificius ac Regius librorum Censor. quod autographum diligentissime hactenus custodio. hic magna dignum est admiratione, tantum

virum se declarasse adeo hospitem in iis auctoribus, quos supra nominavi, in quibus magnā ætatis partem contrivit, & qui passim, in scholis prælegunt: deinde non veritum manu sua talem ferre censuram, de libello ex Divo Thoma Aquinate, Cic. Auctore ad Herennium, Quintiliano tantum &c. selecto; adeo ut ne verbum quidem potuerit rejici, neque timuisse aliorum contrarias censuras, quibus ille falsitatis convinceretur. Suspicor omnino libellum vix duorum octernionum ab ipso nō fuisse lectum, & sicut cæci de coloribus censuisse; idque non sine sui nominis dedecore; quando paulo post videre potuit, judicium contrarium suo, a Reverendissimo Episcopo Antverpiensi D. Lęvino Torrentio, facto prius examine, adhibitis Theologis supra nominatis, sigillo munitum & subscriptione; & aliorum insuper Episcoporum, & Doctorum virorum in quavis facultate; ut latius videre est in libello Speciminum & attestationum Iudicum Ecclesiasticorum & civilium, aliorumq; fide dignissimorum ex certa scientia & experientia de ea testantium jam diu editum, nec parum faciunt ad illius vanitatem & temeritatem diluendam: Elogia Doctorum hominum de Arte memoriæ &c & Refutatio cavillationum &c. hoc ineunte anno M. D C. & X V I I edita. Vehementer quidem tum mirabar talem Censuram, sed quia magnæ vir erat auctoritatis, putavi dissimulandum esse, & opus patientia, donec sexcentis & pluribus fide digno-

rum testimoniis illius falsa censura redargueretur. quod jam diu factum. Illud tamen quin facerem, cohibere me non potui; curavi imprimi librum primum de Memoria, Facultas Duacena Reverẽdo Domino Bartholomæo a Lintris S. T. D. & Regio Professore referente, approbavit. Librum secundum etiam seorsim edidi, dedicatum Sereniss. ac Reverendissimo Ernesto, Electori & Archiepiscopo Coloniensi, &c. titulum valvis S. Petri Lovanii affigi curavi: ut videret librum magnifico titulo editum, quem ipse censuit non posse utiliter in lucem edi. neque contentus fuit seipsum tantum infamiæ & ludibrio exposuisse, sed in partem trahit secum plures facultatis Theologicæ Magistros, quibuscum eum examinasse falso asserit; dicitque eos secum judicare. Constat enim mihi ex ipsis Doctoribus, & tota facultate Theologica, neminem fuisse aversum, aut in talem censuram consensisse, præter unum Doctorem, cui cum me offerrem ad colloquium, quærebat occasionem subterfugii, & videbatur abhorrere a mea præsentia, tanquam ab incantatoris, magi vel dæmoniaci hominis: quod non mala mẽte sed opinione, ex falsis narrationibus accidisse existimo, cum esset vir pius, sincerus, & Apostolicus. Sed cur Cuyckius illos Magistros non nominavit? aut ut Censuræ nomen subscriberent, non curavit? malam apud illos gratiam, totamque facultatem Theologicam inivisset, si ego tunc temporis voluissem totius

facultatis Censuræ libellum submittere: & illius tam falsam indicare. sed tenebam hanc memoria sententiam :

Nobile vincendi genus est patientia, vincit
Qui patitur: si vis vincere, disce pati.

Io: Baxius ad Facultatem Theologicam Duacenam scripsit, ubi me esse intellexerat, sua argumenta contra artem scripta exhibuit. Ven: Facultas dicta diei hora me audiendum judicavit ad scripta Baxii. vocatus igitur respondi; attestationes & monumenta exhibui, jussus sum exire, paulo post sum revocatus & R. Dn: Bartholomæus a Lintris S. T. D. & Professor librorumq; Censor, nomine Facultatis respondit in ipso Senatu, his verbis: Facultas respondet: *Omnia quæcumq; protulisti, pro te facere, & pro arte; se vero nullum solidum argumentum habere in contrarium; ideoq; nolle impedire editionem libelli, aut professionem artis. Nam quod silentii fidem stipuleris, non se mirari, cum satis constet si quis vir aut femina sciat aliquid singulare facere, mederi vulneri, curare aliquem morbum, sarcire, aut aliud facere, secretum utilitatis suæ causa celare.* ita juste sincere & honorifice suo statim functa est munere Ven: S. T. Facultas Duacena nullis ambagibus, nulla usa dilatione, quo nomine me illi semper obligatum, lubens agnoscam, & honorifice de ea loqui, nunquam desinam. Idem. *Librum hunc Lamberti Schenckelii de memoria, & admirandis memoriæ exemplis, multisq; & magnis ipsius, præsertim arte adjutæ, utilitatibus*

tibus & effectis legi, & tuto excudi posse judicavi. Duaci 1593.26. Augusti subscriptum erat: Bartholomæus a Lintris S. T. D. & Professor Regius: librorumq; Censor, R. P. F. Nicolaus Alexius Perusinus Ord: Prædicatorum S. T. Professor; & hæret: pravitatis Inquisitor, de arte memoriæ ad Cosmam Rossellium, qui Thesaurum artis memoriæ ipsi censendum obtulerat, sic censuit: *ad metam usq; discutiendo perduxi P. V. quod reliquum erat lucubrationum tuarum; equidem illas omnes agnosco & probo: & nihil in his esse arbitror, quod non cum fide Catholica recte consentiat. arrident ergo mihi, quæ scripsisti omnia, & meo illa probo cuncta calculo. Datum Perusiæ* 11. *Kalend. Iunias* 1575.

Bene sit igitur Cuyckio cum sua Censura, & Pastori S. Iacobi tunc temporis, & Io. Baxio; aliisque ex ignorantia judicantibus hăc artem non solum illiberalem, sed etiam superstitiosam ac magicam; eamq; opinionem mordicus tueri persistant, si suam ineptiam indies pluribus ludibrio exponere, ac toti mundo ridiculi esse velint: Humanum est peccare, diabolicum pertinaciter in errore perseverare. Non videtur alienum a proposito, hic adscribere epistolam apologeticam, contra huius artis calumniatores a R. quodam Patre, Io: Romberch S. T. Professore, anno 1520. scriptam; ut talis viri auctoritas, plus apud omnes ponderis habeat. cuius hæc sunt verba: Ignavi plerumq; insectantur ingenuas disciplinas, quas assequi

posse

posse desperant; juxta vetus proverbium, *Scientia non habet inimicum nisi ignorantem*. Si igitur insulsus quispiam Zoilus & blaterans detrector idolorum (intelligit imagines) hujs negotii varietate attonitus, hanc artem plus oneris quam frugis aut honoris cumulare convitians despiciat; veluti mentis destructivam; & quæ hebetes, atque phantasticos sui æmulatores efficiat; huiusmodi velut hebetem, & ad bonas disciplinas ineptum, posthabeto; tuque firmiter teneto, hanc artem huiusmodi reddere phantasticos, qualem vult Aristoteles, lib. 3. de anima, intelligentem, quem necesse est Phantasmata speculari; unde eruditus quisq; efficitur literarum gnarus; cum nostra cognitio à sensatis maxime vendicanda sit. nequaquam tamen Phantasticos generat, fatuos, insanos deliros, mente syncopatos, vel ingenio obscuriores, nisi forsan id propter abusum (ut in quibusdam aliis contingere novimus) acccidat. Alioqui Aristoteles, Tullius, Seneca, & id genus pleriq; alii priscorum (ut neotericos viros literatissimos eo munere taceam) stolidi, insipientes, & fatui venirent insimulandi. quod si absonum videatur, digito labellum premat, quisquis est talis detractor; suæque deputet ineptiei, crassitudini, & segnitiei, quod ipse tanti sit muneris exors; quo egregios quosq; ægro fert animo præclaros eminere: & defleat tam alienum à se hoc prædivinum beneficium, inter literatos maxime præcipuos exercitatissimum; arcana licet

forsan

forſan mente repoſitum. cuius vim hi duntaxat novere, qui per paucis acquiſitum canonibus, jugi meditatione, exercitatione, & ſedulo uſu, facilem quendam habitum memorandi generarunt: quem nec leviter amittere poſſunt. hinc vana eſt eorum concertatio, qui propterea nullius momenti eſſe contendunt, quod in longos jam annos inter abditiſſima privatim dilituerit. eadem namq; ratione, viderentur aſpernanda, quæ indies humana induſtria ex ſecretiſsimis eximit latebris. & quis neſcit veteres plura ſuis etiam amiciſsimis abſcondiſſe? verum ſunt pleriq;, qui priuſquam ſtatuti curſus metam attingant, turpiter defatigati, bravio fruſtrantur, ceteri gravioribus præpediuntur negotiis, qui nec conferre queunt, quod uſu & exercitio non firmiter radicaverunt; multi vero flocci pendentes, cuius fructum nondum experti ſunt, quod maxime laudandum erat, vituperio afficiunt. e diverſo qui oſtentationis gratia peragunt, inanis gloriæ viri, elaborant hoc artificio, ut audita omnia, & lecta quoq;, coram ceteris recitare queant; & hi quod aliis in bonum noſcitur collatum, in abuſum pertrahunt; veluti multi difficillimas in Logica enodare tentantes intricationes, ſeſe inaniter torquent; & in Rhetorica verbis aerem verberant; in Philoſophia, inſcrutabilia rimantur; in Theologia, altiora ſe quærentes, opprimuntur a gloria; ut qui ſe ſapientes autumant, ſtulti fiant. Non mirum igitur, ſi hac induſtria pleri-

plerique abutantur, cuius tam copiosus est fructus his, qui in Ecclesiæ Dei ædificationem, & orthodoxorum instructionem prædicationes evangelii, epistolarum, de virtutibus & vitiis; moralium informationem, historias, sanctorum vitas, ad Dei laudem, & eorum præconia; ad animarum salutem recolligunt, quam citissime hac arte firmiter tenent, & cum fiducia efferunt; quod alioquin longo tempore, debiliter, & cum formidine fieret: cum intermissione nonnunquam, vel majoris, vel saltem æqualis boni. Idem alibi sic de eadem testatur. Artem qua naturalis juvatur memoria, priscorum concessit auctoritas, quam non minus necessariam, quam conducibilem seu utilem præclarissimi quiq; virorum, omnifariam exercitatissimi, quotidiana convicti experientia, absque aliorum auctoritate, sua sponte profitentur; de eo nihil hæsitantes, constanter asserunt, & naturæ commoda retinere, & amplificare ratione doctrinæ & alibi idem: hac arte firmiter, fixe, ac faciliter, recto præposteroque ordine, cum libuerit pronunciamus, ut illis depositum fideliter reddentibus, prodigium ac mirum quid effecisse censeamur. quandoquidem omni timore abacto, recensemus pæne infinita collocata promtissime: quod ceteris huius, negotii ignaris, superhumanum videtur.

Ego quidem jam diutius XXIIII. annis sic cum meis ago Auditoribus, ut illorum benevolentiam amoremq; mihi conciliem, gratiasq;

pro

pro officio præſtito agant, multaq; favoris & gratitudinis ſigna declarent. quod ex elogiis eorum his adjunctis luce meridiana clarius apparet. & ſi qui forte eſſent, qui ſibi noſtra inſtitutione non putarent ſatisfactum, affigo ſchedulam ſubjunctam locis ſolitis, uno menſe antequam ex urbe in qua docui, diſcedo: quæ aliquot poſt meum diſceſſum menſibus, alicubi illæſa conſpicitur.

Is qui artem docet memoriæ, varios in hac urbe cum non infimæ dignitatis & conditionis hominibus curſus ſuæ profeſſionis abſolvit, iiſque ſcientia, fidelitate & diligentia ſatisfecit; nunc autem intra paucos dies abitum parat, de quo omnes ſuos Auditores admonitos cupit, ut ſi qui inter eos ſint, qui putent ſibi non ſatisfactum; habeant occaſionem eum conveniendi: & ad æquitatem vel per arbitros utrimq; eligendos, vel jure cogendi. Aut etiam ſi qui ſint, qui hactenus diſtulerunt audire, ne ultra octiduum differant convenire, alioqui occaſionem neglectam fruſtra deinde quærent. id voluit Benevole lector neſcius ne eſſes: & omnia tibi felicia precatur.

§ (*) §



APOLO-

APOLOGIA

IN QVOSDAM QVI L. T. SCHENckelii libellum, ipso inscio & invito, falsis titulis & narrationibus, ac turpissimis erroribus refertos ediderunt; nobilibus aut alioqui magnis viris dedicarunt; emtores & lectores insigniter decipientes.

INter omnium genera hominum Ecclesiæ Dei & Reipublicæ Christianæ noxia, non postremum locum obtinent, qui famę gloria & avaritiæ cupiditate obcæcati, falce in alienā messem immissa, libros aliorum vel auctoris nomine relicto, vel suo injuste substituto, edunt; magnatum sua dedicatione captantes favorem & liberalitatem, auramq; non tantum popularem, verum doctorum etiam hominum; nihili facientes si bolum e faucibus proximi eripiant, contra expressum Dei mandatum, modo suæ consulant crumenæ; & nalo cui bonus odor jure vel injuria ex re qualibet. Perniciosiores tamen iis, qui artes & disciplinas ab auctoribus data opera involucris fabularum, parabolarum ænigmatum vel secreto modo scribendi ad posteros capaces ac dignos transmiserunt; ut sic eos quorum captum excedunt arcerent, conantur detegere, & invitis insciisq; auctoribus, interdum etiam adhuc viventibus audent propalare ac sine discretione idoneis pariter & inidoneis obtrudere: contra pruden-

tiorum

tiorum ſententiam, artes quaſdam debere eſſe ſecretas, arcanaque myſteria relinqui peculiaria & propria Philoſophis, qui multum operæ ſtudii, induſtriæque in eis excogitandis collocarunt: voluptates alias delectationeſque quibus multi multum temporis die noctuque tribuunt negligentes: ideoque auctores ſunt, ne adeo artes tam nobiles detegant, ut etiam rudiores eas palpent. quod conſilium ſapiente homine dignum; & æternis laudibus poteſt judicari. talia enim exempla nobis reliquerunt, præter alios innumeros non ſolum Hermes, Triſmegiſtus; Plato, Ariſtoteles; Homerus, Virgilius; Ovidius; Apulæus, Æſopus; Raimundus Lullius, Ioannes Tritemius, ſed etiã ipſe Deus: qui in veteri teſtamento multa clare quædam vero obſcure tradidit. Chriſtus item Apoſtolis & diſcipulis; quibus datum erat noſſe myſteria regni cœlorum, aperte: reliquis autem in parabolis loquutus eſt, ut videntes non viderent, & audientes non intelligerent: ut eſt apud Matth:14.Marc:4.Luc:8.

Quis inſuper neſcit veteres plura ſuis etiam amiciſſimis abſcondiſſe; & involucris fabularum texiſſe ſapientiæ dogmata? Vt enim non ſunt margaritæ juxta tritum vulgi ſermone proverbium porcis loco palearum ſubſternendæ: ſic neque excellentiora ſecreta incapacibus: quæ cum aſſequi nequeunt, vituperantes non paucos ab iis alieniores reddunt. Si quis enim jubeat ruſticum aut mechanicum

acie mentis videre aliquid, in hoc vel illo loco collocatum, oculis autem corporeis re vera nihil est : aut si quis velit iis persvadere, supremum arboris esse radicem, anne prorsus insipiens ab ipsis æstimaretur? certe idem eveniret in disciplinis capacitatem ineptorum superantibus : si sine discrimine cuilibet traderentur. ex quibus facile colligitur, quam perniciosum sit reipub: hoc genus hominum.

In quorum numero primus fuit quidam Castelfranc, minister Calvinianus, a quo liber noster in quarta forma Castresii impressus paucis mutatis suo nomine præfixo in lucem prodiit ante aliquot annos. auditor, quod sciam meus is non fuit, sed ab aliquo perfido exemplum primæ vel secundæ editionis nactus, putavit hac via ad famam benevolentiam, favorem & liberalitatem patere, si alienum laborem tanquam suum magno viro inscriberet. Hunc seqvutus non admodum longo temporis intervallo, Antonius Bertramus, Academiæ Argentinæ typographus : qui data fide silentii, de octernione aut sesqui imprimendo, fideliter, ut nullum servaret exemplum, ne quidem maculatum, in quo sit erratorum correctio : fidem non servavit. clam enim quatuor aut quinque vendidit batzeis, quod uno crucifero vel, ad summum, duobus æqvum erat vendi. sic retulit auditorum aliquis

quis, qui & exemplum exhibuit, & tanti ab ipso emisse, affirmabat. expertus itaque ex quaternione uno aut altero, tantum lucri provenire, judicavit forte, se majus perceptu-rum, si ex meis partim impressis, partim manu scriptis, per aliquem totum libellum typis subjectum specioso titulo præfixo, & dedicatione per alium composita, & favorem & lucrum captaret: præposito libro primo, Duaci anno 1593. impresso, ac Latine & separatim Gallice, præfixo nomine meo, non ut mihi gratificaretur, quantum conjectura assequor, utpote qui ista editione quantum in se fuit, impedire conatus est, ne ex ea professione quidquam deinceps lucri ad me rediret: sed ut vendibilior esset sub illius nomine qui eam variis in Europæ regionibus cum satisfactione & laude doceret: capacitati ingeniorum se accommodans, ne se artemque ineptorum ludibrio exponeret.

Insuper dedicatione mea Serenissimo ac Illustrissimo Ernesto, Archiepiscopo Coloniensi, Principi Electori inscripta, & carminibus in laudem artis omissis, aliisque in illorum locum substitutis, addidit, cum Cæs: Ma: privilegio, 1611. quod an habeat, vehementer dubito: nihil tamen de hoc affirmo. forsan existimavit e vivis migrasse, ut plures alii, nullamque mihi fieri injuriam. Sed qui

facile credit, sæpe fallitur. Eodem fere tempore duo alii prodierunt, D. Ioannes Päpius Galbaicus, & Franciscus Martinus Ravellin, quorum hic Italicæ & Gallicæ linguæ Heidelbergæ agit informatorem, homo quantum ego quidem possum colligere, non admodum Latinæ peritus: qui suo nomine, meum librum omissa mea præfatione & versibus in laudem artis, dedicavit Ampliss: Virisque Clariss: Dominis Professoribus, ac Heidelbergensis Academiæ Mecœnatibus. quo facto suam temeritatem & impudentiam non obscure publicat. meum librum typis subjectum adeo plenum mendis & erroribus, tamque mutilum edidit, ut ex eo citius ad maniam Lectores redigantur, quam memoriam dirigant juvent atque confirment: ut proximis nundinis D E O favente ad oculum ostendam: ut fuci alienum sanguinem exsugentes, innotescant, & cautius viri docti in tradendis scientiis procedant: quodque ipsi, justis rationibus moti, non faciendum putarunt, per hos tales ipsis & insciis & invitis fiat. *Dicit sibi per Italum traditam*: at D. Petrus Parisius cum me Basileæ audivisset, & inde Heidelbergæ ageret, literis a me petiit docendi aliquot facultatem, mercede æquis partibus divisa: quoniam hominem probum ac fidelem, optime de arte loquentem, & magni æstimantem cognovissem, anni

nui optatis, paulo post scripsit se mihi lucratum 40. aureos, quo dirigi vellem? Indicavi, & fecit: postea Cadamo Lutetiam Parisiorum partim mei invisendi & colloquii causa venit, 30. alios aureos in specie offert, quos fuerat Heidelbergæ mihi, totidemque sibi lucratus. cum igitur multos illic docuerit, quid opus ab Italo traditam accipere? nisi forte is fuerit Domini Petri Parisii auditor, & contra fidem datam silentii libellum obtulerit. qui factum nescio, sed hoc scio *non suum hoc munusculum seu libellum* esse, at prorsus ad verbum esse meum: quod cum meo exemplo conferenti plus satis patebit: *nec absolute tamen suum ait*: quod fateor, prætermissa enim præfatione mea (si in ea editione fuit, nam bis terve sine ea typis subjectus fuit) suam substituit: nec præterea quidquam suum habet, præter vitia multa, & fœdos errores: mutilavit, orthographiam in qua sequor doctissimorum sententiam, mutavit: defœdavit, ordinem perturbavit. quid huic impudenti in mentem venit? anne me qui XXIV. annis juventutem docui, & aliis XXVI. eam cogitationem nunquam animo exclusi, quique LXVI. annis in palæstra versor literaria, ignorare veriorem orthographiam præstantissimorum hominum judicio & rationi innitentem! quod subjicit in præfatione *de tenera ætate, & cum ipso scientiarum lacte exhibendam*: his se verbis i-

 gnarum

gnarum artis fatetur. non enim puerile ingenium capere eam potest, at ætas XVI. XVIII. XX. aut plurium annorum, & linguæ Latinæ cognitio promta est adferenda: ideoque neminem nisi in vel supra Rhetoricam auditorem soleo admittere. & nec hi tales statim omnia exacte assequuntur, verumtamen percepta viva docentis voce, visaque oculari demonstratione, cum postea studium Philosophiæ, Theologiæ, Iurisprudentiæ aut Medicinæ aggrediuntur, tum adminiculo libelli ipsis tradi soliti, dirigunt se per præcepta, & admirandos producunt effectus, in Brevi tractatu de admirabilibus Artis memoriæ effectibus &c. satis expressos. per tempus non licuit singulos illius errores fœdos, & ineptias detegere modo: fiet, uti spero, brevi. unũ tantum ex quo Lector de reliquis tanquam lydio judicet lapide producam. facie 45. linea 9. sic habet: *Exordium debet esse de verbo.* vellem diceret sensum harum vocum, non advertit homo ineptus legendum, breve. alia si potuit legere cur non & hoc? deceptus fuit, quia de verbo aliquid significat, & aliud in eo latere, ne quidem suspicatus est. conjicio ex unico illo tam crasso errore, interpretationem secretæ scripturæ non ex suo manasse cerebello: sed ab alio sagaciore vel emendicatam, vel suggestam. de quibus jam dictus Magnificus, prudentissimus ac integerrimus Senatus Academicus Heidelbergicus

infor-

informatus, facile videbit illum qui re aliena in suam conversa, tali Senatui non veritus fuit inscribere, non favore vel præmio, sed merita pœna afficiendum: ut similes fuci ejus castigatione deterreātur. Sed ad Dn. Ioannē Papium Galbaicum transeamus: is librum meum sub nomine Schēckelii detecti Lugduni anno M. DC. XVII. curavit imprimi, dedicavit alterius libellū & laborem admodum Illustri & strenuo viro nobili Rudolpho Schauvvensteinio, &c. longa præfatione, qua consilii factique rationem exponit, & in ejus laudes digreditur. Licet autem mali sit augurii in principio lapsus, hunc tamen non evitavit: falso namque titulo *Schenckelium detectum appellavit, seu memoriam artificialem hactenus occultatam, & a multis quam diu desideratam: nunc primum in gratiam optimarum artium ac sapientiæ studiosorum luce donata a I. A. P G. S. P. D.* ego vero non detectum, sed contectum facile probavero: suo tempore & loco. anne te latuit Schenckelium obtēto privilegio, ad XX. annos, per præcipuas Regni Galliarum urbes, prudenter & discrete cum pluribus communicasse diutius decem continuis annis? latere non potuit, cum in ipso libello, facie 50. linea 20. & sequentibus, habeatur: item utriusq; Germaniæ: Pragæ regni Bohemici capitali urbe: Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ Ditionis Leodiensis, aliisque usque ad 84. tam Academiis, quam celebriorib. civitatibus. quomodo hactenus occultata, quæ XXV I. annis cum judicio ab uno eo-

demque professore disseminata? publice affixis programmatibus omnes invitavit, pauci, ex multis milibus, tanquam non satis capaces, non admissi. libello Latine quater excuso, & separatim semel Gallice in subsidium suorum tantum Auditorum. Quidam Castelfranco Minister Calvinianus meum libellum ante sex vel 8. annos in forma folii quarta, nonnihil mutatis, additis & rejectis sub suo nomine Castresii typis subjectum edidit: Antonius Betramus Argentorati librum meum primum & secundum plane aperte, neglecto meo quo sum usus secreto scribendi modo. Franciscus Martinus Ravellin etiam paulo ante vel circa idem tempus quo Schenckelius detectus prodiit, quorum tituli, ut de multis aliis taceam, in catalogum librorum ex nundinis Francfurtensibus dispersi sunt. qui igitur hactenus occultata? vin' altiore voce loqvar? nullum fuit seculum a tempore Platonis, quo non aliqui Theologi, Iurisperiti, Medici, Oratores, Poetæ, de illa scripserint. inter plurimos Cicero, Cornificius ad Herennium, Quintilianus &c. ad hunc usque annum. Inter quos D. Thomas Aquinas non postremus est numerandus, licet paucis & obscure scripserit secunda secundæ Q. 49. a I. R. ad 2. nec quoque diu desiderata vere dicitur cum tot existent magni nominis auctores, & ego in tam diversas regiones transportarim: paratus omnium idoneorum desiderio satisfacere, ipsi compotes voti fieri potuerint.

Quod

Quod juramento Auditores obstringeret (cujus exempla aliquot Lugduni vidi) ne quemquam auditæ artis participem facerent. Quo id modo fieri potuit? nunquam enim, sincere ac vere loquor, juramentum petii vel accepi, sed tantum promissionem. subjungit, *sed in hoc se juramento impediri inquiunt*; tali responso honeste se excusarunt, ut instare atq; molestia eos afficere cessares: fa. 57, li. ult. & 58. li. 1. Isagoges. *Sed cum juramento, se impediri inquiebat, quo minus me hujus participem faceret, frequenter preces meæ ab ipso repulsam passæ sunt*: si credidisti dicenti se juraměto impediri, non erat æquum frequenter ipsum precari, quid hoc esset aliud, quam aliquem ad violandum repetita sæpe precatione solicitare, & quasi importunitate urgere? absit. absit. Ibid. lib. 7. Rogat deinde Philos. *quale est hoc juramentum? nam multos eo obstrictos intelligo. Philom. Excogitatum hoc est a nonnullis, qui sibi commodisque suis potius, quam rei literariæ publicæ prodesse student.* negat Schenckelius, salva pace dictum sit, verum: & asserit, illum melius de Ecclesia, & Rep. Christiana mereri, qui discretione adhibita cum idoneis artem communicat, & se in provincias magno sumtu & molestia transfert, ut ipsis quasi domű portet, q̃ qui sine discretione idoneis & inidoneis libellis aperte impressis offert: & sine viva voce & demonstratione non intelligentib. eam ludibrio & calumniis exponunt. præstat enim unum aliquem Academias & urbes primarias accedere, quam plures ad illum longo iti-

neris spacio, non exiguis sumtibus & mōlestiis, imo perniciosos tales Ecclesiæ Dei & Reipubl. Christianæ, qui sublimiora divulgatis libellis indiscrete omnibus venales exponunt. fac. 11. li. 12. & 23. li. 17.

Deinde tandem perfecte scripta, quod Schenckelius impossibile affirmat, assequor. & fa. 12. li. 3. *verum cum nullo sacramento, devinctus, a nullo edoctus, sed proprio Marte mirum illum Schenckelii modum assequutus sim, quod haud scio an ulli unquam successerit, aut successurum sit: ecquis mihi vitio verterit, si mihi repertum Thesaurum cum aliis communicem?* at Schenckelius id diffitetur, perfecte te assequutum. nam ad oculum, si non his, saltem proximis nundinis, quoties, quibusque locis a scopo aberraveris demonstrabit: nam hac vice per tempus non licuit. fatetur quidem legendi modum advertisse, forte non ubiq;: neq; unquā affirmavit id impossibile, sed de medulla artis, penetranda sine docente ac mōstrante perito, loquutus est, quod fatentur acutissimi judicii Doctores, Professores & consiliarii: ipsa quoq; experientia testatur. nec ille modus legendi *tam mirus, ut haud scias an ulli unquam successerit, aut successurum sit.* Viginti & pluribus ante te annis, D. Hadrianus Romanus tunc temporis Medicinæ Doctor & Professor eximius etiam Mathematicus, Herbipoli, cū jussu Reverēd. ac Illust. Principis a Senatu Academico examinaret, petiit sibi inspiciendum exhiberi libellū, vix intuitū reddidit: ac velut momento temporis legendi

mo-

modum animadvertit. multi per se collegerunt. nam quis tam hebeti est ingenio, ut si recto legens ordine nihil intelligat, Hebraicum tentet. literam quidem, ut non tam facile observaretur, otiosam præposui & subjunxi, idque interdum in longiorum dictionum partibus divisis! sed quid quæso hic miri? egregiam vero laudem & triumphum, quod mirum voces, in quo nihil miri. de futuris contingentibus, inquiunt philosophi, non est determinata veritas, *ut putes nulli successerüt. Ecquis jure vitio mihi verterit, &c. fa.* 21. li. 16. ratio ipsa & *illius sapientis viri consilium quod ex optimo pectore sciebas.* & omnium prudentissimorum ab orbe cõdito: Dei ipsius & Christi, qui est Sapientia Dei. *a nullo edoctus.* anne liber vulgo doctor mutus appellatur? ego vero non mutum, sed loquentem judico: ideoq; ab aliis edoctum, potissimum & plurimum a Schenckelio. *Calumniantes me non satis dilucide & sincere auctorem vertisse, aut explicasse.* non calumniarentur, sed veritatem dicerent: ut clare patebit tenebris & fœdis erroribus involutum & contectum. *Stomachantes me tantam tamq; excellentem artem lippis & tonsoribus notam facere*: jure, nec tamen notam fecisse, quantum quidem in te fuit, conatus es; sine felici successu. *Hoc nostrum levidense opus*, tuum nequare ergo Schenckelius detectus a te inscribitur? tuum nihil, exclamo, præter dedicationem, & errores. anne meministi: fa. 13. li. 6. & sequentib. quod tuo te jugulas illic, ut & alibi gladio? nomina etiã pontificum & Imp

vitam

vitam Cic: quilibet habere poteſt, cum publice extent venales: & quis nequeat vitam Cic. in epitomen redactam diſcrete in partes idoneas dividere? nondum ſatis, pergit iiſdem inſiſtens veſtigiis (Siquidem multis viginti ne gravius quid dicam, conſtiterit coronatis) nec hoc vere dicitur. Nam cum viris in dignitate magna conſtitutis nunquam contraxi, ac ne mentio quidem facta honorarii, ſed eorum liberalitati relictum fuit.

Tantum a primo die ad hunc ſolum a duobus X X. aureos petii, quorum unus dux Polonus, qui abſoluto curſu duodecim tantum dedit: & alius Magnus Dominus, Polonus ditiſſimus, a quo tantum petii, & X. ad manum dedit; ſed ita diſtrahebatur variis negotiis, ut duabus aut tribus lectionibus habitis, intermitteret: nec reliquos dedit. ait (multis) ego dico pauciſſimis: quæ valde opponuntur. tres memini dediſſe, unum Principem ditiſſ: X X I V. alium Comitem X X. quandam comitiſſam, cui præter artem aliud magnum & admirandum aperui artificium, ſponte X X I X. Imperial. daleros ſive Philippeos nullus unquam plus. præfectus aulæ quidam X V I. vice cancellarius X I I. Decanus quidam vir nobilis X V I I. ducatones argenteos, & totidem eius frater, vel conſanguineus.

Abbas unus quindecim, alius decem aureos Gallicos. primo, aut ſecundo profeſſionis die, quin-

quinque me audiverunt Antverpiæ, cum ars esset valde imperfecta, & in multis veritati contraria, & sine ulla mentione honorarii X X. dederunt sponte aureos. præmonitus fueram, ne quid peterem, sed illorum relinquerem liberalitati: certo scire, multo plus daturos quam postularem. ergo a duobus a quibus petii non accepi, & a septem cum quibus nulla conventio præcessit, numerati sunt. an hi multi an vero non pauci inter tot milia Auditorum? a nonnullis divitibus sexdecim exegi & accepi in initio: & jam ditiores octo vel decem dant, studiosi quatuor Imperiales. tenuioris conditionis quatuor florenos, ex quibus facile colligitur, rem non ita se habere atque ille temere præfationi inseruit.

Sequitur: *Libellum artificialis memoriæ Lamberti Schenckelii reperio, &c.* Sit ita sane, sed primæ vel secundæ editionis: in tertia vero & quarta, multis adjectis & abjectis, mutatis, transpositis ab imperfectione ad perfectionem talem deducta est, ut vix agnoscatur, idem esse liber: ac in quinta editione quam in proximas nundinas vernales præparo, videbuntur multa hactenus non addita. est enim ars nunc ad eum perfectionis gradum deducta, ut præter applicationem nihil deesse possit judicari.

Scribam autem tam aperte ac clare, tot illustrabo exemplis, ut qui non hebeti sunt ingenio,

genio, plus queant proficere, quam a meorum libellorum 1a. 2a. 3a. 4a. editione ab aliis me inscio & invito typis subjectis vel ex omnibus libris ante meam professionem, vel ab hinc XXVI. annis quibus in ea versor, editis in Italia, Gallia, Germania, & forte alibi. utque illorum editiones & libri vilescant serviantque thuri, piperi, similibusque tegendis. quod hac Apologia sincere omnes monere volui lectores: ut caveant ne ab hujusmodi in re aliena nimis officiosis, speciosis libellorum titulis decipiantur.

Nam licet propositum mihi sit artem medullitus enucleare, tamen nisi viva vox, & demonstratio accesserit, corculum medullæ non gustabunt, idque non meo solius judicio sed præstantissimorum Doctorum cujusque facultatis, ac simul Consiliariorum, qui me audierunt. cur enim in hac arte potius id fieret, quam in aliis liberalibus, & gravioribus disciplinis?

Nonne mile Grammaticæ Rhetoricę, Dialecticæ, &c In Theologia, Iurisprudentia Medicina nunquid aliquot milia commentatorum? In Biblia, item corpore juris & medicinæ exstant? cur igitur tot annis scholarũ liminate rimus? ut vivam vocem audiamus, demonstrationes videamus?

Cum multis passim cognitum esset me D. Lamberti Schenckelii librum de artificiali memoria possidere, nobilissima quæque ingenia me adeunt

adeunt ac tantum Thesaurum a me extorquere conantur. possidere nisi obliqua via potuisti cum omnes Auditores promiserint fide Boni viri, neminem sine meo permissu docturos, sub quo libri abalienatio ergo perfidus qui tradidit, nec qui a tali dono vel pretio accepit.

Sed cur non ipsum Schenckelium Dei beneficio 72. annorum viventem ac valentem, qui academias,& præcipuas utriusque Germaniæ, Galliæ, Bohemiæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, Ditionis Leodiensis, &c. peragrans operam suam rerum excellentium amatoribus obtulit, cur non potius veterani Professoris, quam in hac tyronis requisiverunt? cur a variis variis ex locis plenæ hujus artis desiderio adferebantur literæ,& non ad Schenckelium?

Vt a præcipuis quibusque bibliopolis eum literis peterent. nemo illorum unquam habuit nisi per fraudem & perfidia auditoris obtinuisset. curavit enim suis sumtibus imprimi, stipulatus eorum fidem, ne ullum exemplum clam sibi retinerent: ac tantum auditoribus fidei silentii promissione obligatis dedit.

Ecce tibi alios hujus artis peritos convenio, iis propositũ aperio,& ut quid de hac re Iudicent, mihi indicent obnixe rogo. Bonum consilium datum, at sequi neglexit. cur illius nomen non expressisti ut a Schenckelio dignis celebretur encomiis?

Ego

Ego e contrario nefas aiebam, alterius lucubrationes absque auctoris venia in lucem remittere. & hoc recte: cur ergo contravenisti & in sano Iudicio non permansisti? anne propter eorum cachinnum?

Quapropter cum interea variæ variis ex locis mihi a meis necessariis adferretur plenæ hujus artis desiderio literæ quibus diutius reniti nefas ducebam; quare Schenckelii se tam multis in locis offerentis occasionem neglexerunt? aut cur non potius ad ipsum scripserunt? quem tu excellentissimum Doctorem vocas; audire extolli ob felicem tu scriptionem tu dictionem; quem fama nunquam moriturum, & extra omnem controversiæ aleam nostræ ætatis principem memoriæ artificialis scribis. quæ quidem ille non agnoscit, sed si id sincere judicasti, cur tu ejus scripta mutare, erroribus replere, & contra ejus voluntatẽ in idoneis pariter ut idoneis propalare: & missa falce in alterius messem fructu debito fraudare, bolumque e faucibus eripere voluisti? cur artificiosæ memoriæ fundamenta; cur Isagogen seu introductionem facilem, in praxim artificiosæ memoriæ edidisti? an ne ut melius aliquid in medium produceres, quam is, quem principem nostræ ætatis memoriæ artificialis scripsisti? certe si sic existimas, scopum non tetigisti. ne autem furtum adverteretur, per dialogum edidisti: ex quo si eximantur quæ a Schenckelio sumsisti, instar corniculæ Æsopicæ, repetitis plumis, nudus ludibrio esses non paucis. Addo, quem-

quemadmodum Schenckelio detecto admodū Illustris ac strenui, viri nobilis Rudolphi a Schauvvenstein &c. ita Artificiosæ memoriæ Fundamentis exiguo libello, non tuo, sed ab aliorum libris transcripto, trium admodum Illustrium ac Generosorū D.Philppi comitis,& nobilis Dn.in Lipi ia&c.Dn.Maximiliani Baronis Wallensteini,&c.Dn.Zeygnei Goraiskhi de Gorai, &c. et eorum Ephori Isagoge benevolentiam favorem &liberalitatem conatus es captare; cuique longiore quam decet, & par est dedicatione exigui libelli, & alieni laboris nam Schenckelius de suo transportata, & ex quibus aliis, scire volētibus luce meridiana clarius mōstrare paratus est. quam vero decorum sit, alienos labores tam multis tamque illustribus Dominis inscribere, aliorum esto judicium. subjicit dedicatoriæ epistolæ Isagoges. *dictum est in epistola dedicatoria, auctores artis memoriæ difficiles intellectu, nec modo intellectu quod tolerabile sed quod minus ferendum, difficilimos lectu. Dubito an ullus ante me secreta modo* scripturæ usus sit, sed obscuriores Iordanum Brunum Nolanum observasse vidi. lectu difficilimum hactenus non vidi. nec de meo hoc dici vere potest, ut alibi retuli; sed ratione materiæ,& defectus boni & ductoris periti, difficiles ut omnes aliæ sententiæ & artes tam liberales quam mechanicæ. nisi accedat, quod sæpius repeto vox docentis viva captui discentis accommodata & evidens demonstratio. Recte enim Cicero: artium studia

 fere

gnarum artis fatetur. non enim puerile ingenium capere eam potest, at ætas XVI. XVIII. XX. aut plurium annorum, & linguæ Latinæ cognitio prompta est adferenda: ideoque neminem nisi in vel supra Rhetoricam auditorem soleo admittere. & nec hi tales statim omnia exacte assequuntur, verumtamen percepta viva docentis voce, visaque oculari demonstratione, cum postea studium Philosophiæ, Theologiæ, Iurisprudentiæ aut Medicinæ aggrediuntur, tum adminiculo libelli ipsis tradi soliti, dirigunt se per præcepta, & admirandos producunt effectus, in Brevi tractatu de admirabilibus Artis memoriæ effectibus &c. satis expressos. per tempus non licuit singulos illius errores fœdos, & ineptias detegere modo: fiet, uti spero, brevi. unū tantum ex quo Lector de reliquis tanquam lydio judicet lapide producam. facie 45. linea 9. sic habet: *Exordium debet esse de verbo.* vellem diceret sensum harum vocum, non advertit homo ineptus legendum, breve. alia si potuit legere cur non & hoc? deceptus fuit, quia de verbo aliquid significat, & aliud in eo latere, ne quidem suspicatus est. conjicio ex unico illo tam crasso errore, interpretationem secretæ scripturæ non ex suo manasse cerebello: sed ab alio sagaciore vel emendicatam, vel suggestam. de quibus jam dictus Magnificus, prudentissimus ac integerrimus Senatus Academicus Heidelbergicus infor-

informatus, facile videbit illum qui re aliena in suam conversa, tali Senatui non veritus fuit inscribere, non favore vel præmio, sed merita pœna afficiendum: ut similes fuci ejus castigatione deterreātur. Sed ad Dn. Ioannē Papium Galbaicum transeamus: is librum meum sub nomine Schĕckelii detecti Lugduni anno M. DC. XVII. curavit imprimi, dedicavit alterius libellū & laborem admodum Illustri & strenuo viro nobili Rudolpho Schauvvensteinio, &c. longa præfatione, qua consilii factique rationem exponit, & in ejus laudes digreditur. Licet autem mali sit augurii in principio lapsus, hunc tamen non evitavit: falso namque titulo *Schenckelium detectum appellavit, seu memoriam artificialem hactenus occultatam, & a multis quam diu desideratam: nunc primum in gratiam optimarum artium ac sapientiæ studiosorum luce donata a I. A. P G. S. P. D.* ego vero non detectum, sed contectum facile probavero: suo tempore & loco. anne te latuit Schĕnckelium obtēto privilegio, ad XX. annos, per præcipuas Regni Galliarum urbes, prudenter & discrete cum pluribus communicasse diutius decem continuis annis? latere non potuit, cum in ipso libello, facie 50. linea 20. & sequentibus, habeatur: item utriusq; Germaniæ: Pragæ regni Bohemici capitali urbe: Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ Ditionis Leodiensis, aliisque usque ad 84. tam Academiis, quam celebriorib. civitatibus. quomodo hactenus occultata, quæ XXVI. annis cum judicio ab uno eo-

demque professore disseminata? publice affixis programmatibus omnes invitavit, pauci, ex multis milibus, tanquam non satis capaces, non admissi. libello Latine quater excuso, & separatim semel Gallice in subsidium suorum tantum Auditorum. Quidam Castelfranco Minister Calvinianus meum libellum ante sex vel 8. annos in forma folii quarta, nonnihil mutatis, additis & rejectis sub suo nomine Castresii typis subjectum edidit: Antonius Betramus Argentorati librum meum primum & secundum plane aperte, neglecto meo quo sum usus secreto scribendi modo. Franciscus Martinus Ravellin etiam paulo ante vel circa idem tempus quo Schenckelius detectus prodiit, quorum tituli, ut de multis aliis taceam, in catalogum librorum ex nundinis Francfurtensibus dispersi sunt. qui igitur hactenus occultata? vin' altiore voce loqvar? nullum fuit seculum a tempore Platonis, quo non aliqui Theologi, Iurisperiti, Medici, Oratores, Poetæ, de illa scripserint. inter plurimos Cicero, Cornificius ad Herennium, Quintilianus &c. ad hunc usque annum. Inter quos D. Thomas Aquinas non postremus est numerandus, licet paucis & obscure scripserit secunda secundæ Q. 49. a I. R. ad 2. nec quoque diu desiderata vere dicitur cum tot existent magni nominis auctores, & ego in tam diversas regiones transportarim: paratus omnium idoneorum desiderio satisfacere, ipsi compotes voti fieri potuerint.

Quod

Quod juramento Auditores obstringeret (cujus exempla aliquot Lugduni vidi) ne quemquam auditæ artis participem facerent. Quo id modo fieri potuit? nunquam enim, sincere ac vere loquor, juramentum petii vel accepi, sed tantum promissionem. subjungit, *sed in hoc se juramento impediri inquiunt*; tali responso honeste se excusarunt, ut instare atq; molestia eos afficere cessares: fa. 57, li. ult. & 58. li. 1. Isagoges. *Sed cum juramento, se impediri inquiebat, quo minus me hujus participem faceret, frequenter preces meæ ab ipso repulsam passæ sunt*: si credidisti dicenti se juraméto impediri, non erat æquum frequenter ipsum precari, quid hoc esset aliud, quam aliquem ad violandum repetita sæpe precatione solicitare, & quasi importunitate urgere? absit. absit. Ibid. lib. 7. Rogat deinde Philos. *quale est hoc juramentum? nam multos eo obstrictos intelligo. Philom. Excogitatum hoc est a nonnullis, qui sibi commodisque suis potius, quam rei literariæ publicæ prodesse student.* negat Schenckelius, salva pace dictum sit, verum: & asserit, illum melius de Ecclesia, & Rep. Christiana mereri, qui discretione adhibita cum idoneis artem communicat, & se in provincias magno sumtu & molestia transfert, ut ipsis quasi domũ portet, q̃ qui sine discretione idoneis & inidoneis libellis aperte impressis offert: & sine viva voce & demonstratione non intelligentib. eam ludibrio & calumniis exponunt. præstat enim unum aliquem Academias & urbes primarias accedere, quam plures ad illum longo iti-

neris spacio, non exiguis sumtibus & molestiis, imo perniciosos tales Ecclesiæ Dei & Reipubl. Christianæ, qui sublimiora divulgatis libellis indiscrete omnibus venales exponunt. fac. 11. li. 12. & 23. li. 17.

Deinde tandem perfecte scripta, quod Schenckelius impoßibile affirmat, assequor. & fa. 12. li. 3. *verum cum nullo sacramento, devinctus, a nullo edoctus, sed proprio Marte mirum illum Schenckelii modum assequutus sim, quod haud scio an ulli unquam successerit, aut successurum sit: ecquis mihi vitio verterit, si mihi repertum Thesaurum cum aliis communicem?* at Schenckelius id diffitetur, perfecte te assequutum. nam ad oculum, si non his, saltem proximis nundinis, quoties, quibusque locis a scopo aberraveris demonstrabit: nam hac vice per tempus non licuit. fatetur quidem legendi modum advertisse, forte non ubiq; : neq; unquã affirmavit id impossibile, sed de medulla artis, penetranda sine docente ac mõstrante perito, loquutus est, quod fatentur acutissimi judicii Doctores, Professores & consiliarii: ipsa quoq; experientia testatur. nec ille modus legendi *tam mirus, ut haud scias an ulli unquam successerit, aut successurum sit.* Viginti & pluribus ante te annis, D. Hadrianus Romanus tunc temporis Medicinæ Doctor & Professor: eximius etiam Mathematicus, Herbipoli, cujussu Reverẽd. ac Illust. Principis a Senatu Academico examinarer, petiit sibi inspiciendum exhiberi libellũ, vix intuitũ reddidit: ac velut momento temporis legendi mo-

modum animadvertit. multi per se collegerunt. nam quis tam hebeti est ingenio, ut si recto legens ordine nihil intelligat, Hebraicum tentet. literam quidem, ut non tam facile observaretur, otiosam præposui & subjunxi, idque interdum in longiorum dictionum partibus divisis! sed quid quæso hic miri? egregiam vero laudem & triumphum, quod mirum voces, in quo nihil miri. de futuris contingentibus, inquiunt philosophi, non est determinata veritas, *ut putes nulli successerūt. Ecquis jure vitio mihi verterit, &c.* fa. 21. li. 16. ratio ipsa & *illius sapientis viri consilium quod ex optimo pectore sciebas.* & omnium prudentissimorum ab orbe cōdito: Dei ipsius & Christi, qui est Sapientia Dei. *a nullo edoctus.* anne liber vulgo doctor mutus appellatur? ego vero non mutum, sed loquentem judico: ideoq; ab aliis edoctum, potissimum & plurimum a Schenckelio. *Calumniantes me non satis dilucide & sincere auctorem vertisse aut explicasse.* non calumniarentur, sed veritatem dicerent: ut clare patebit tenebris & fœdis erroribus involutum & contectum. *Stomachantes me tantam tamq; excellentem artem lippis & tonsoribus notam facere:* jure, nec tamen notam fecisse, quantum quidem in te fuit, conatus es, sine felici successu. *Hoc nostrum levidense opus,* tuum ne! quare ergo Schenckelius detectus a te inscribitur? tuum nihil, exclamo, præter dedicationem, & errores. anne meministi: fa. 13. li. 6. & sequentib. quod tuo te jugulas illic, ut & alibi gladio? nomina etiā pontificum & Imp

vitam

vitam Cic:quilibet habere poteſt,cum publice extent venales:& quis nequeat vitam Cic. in epitomen redactam diſcrete in partes idoneas dividere? nondum ſatis, pergit iiſdem inſiſtens veſtigiis(Siquidem multis viginti ne gravius quid dicam, conſtiterit coronatis) nec hoc vere dicitur. Nam cum viris in dignitate magna conſtitutis nunquam contraxi, ac ne mentio quidem facta honorarii, ſed eorum liberalitati relictum fuit.

Tantum a primo die ad hunc ſolum a duobus X X. aureos petii, quorum unus dux Polonus, qui abſoluto curſu duodecim tantum dedit: & alius Magnus Dominus, Polonus ditiſſimus, a quo tantum petii, & X. ad manum dedit; ſed ita diſtrahebatur variis negotiis, ut duabus aut tribus lectionibus habitis, intermitteret: nec reliquos dedit.ait(multis) ego dico pauciſſimis: quæ valde opponuntur. tres memini dediſſe, unum Principem ditiſs: XXIV. alium Comitem X X. quandam comitiſſam, cui præter artem aliud magnum & admirandum aperui artificium, ſponte XXIX. Imperial. daleros ſive Philippeos nullus unquam plus. præfectus aulæ quidam XVI. vice cancellarius XII.Decanus quidam vir nobilis XVII. ducatones argenteos, & totidem eius frater, vel conſanguineus.

Abbas unus quindecim, alius decem aureos Gallicos.primo, aut ſecundo profeſſionis die, quin-

quinque me audiverunt Antverpiæ, cum ars esset valde imperfecta, & in multis veritati contraria, & sine ulla mentione honorarii XX. dederunt sponte aureos. præmonitus fueram, ne quid peterem, sed illorum relinquerem liberalitati: certo scire, multo plus daturos quam postularem. ergo a duobus a quibus petii non accepi, & a septem cum quibus nulla conventio præcessit, numerati sunt. an hi multi an vero non pauci inter tot milia Auditorum? a nonnullis divitibus sexdecim exegi & accepi in initio: & jam ditiores octo vel decem dant, studiosi quatuor Imperiales. tenuioris conditionis quatuor florenos, ex quibus facile colligitur, rem non ita se habere atque ille temere præfationi inseruit.

Sequitur: *Libellum artificialis memoria Lamberti Schenckelii reperio; &c.* Sit ita sane, sed primæ vel secundæ editionis: in tertia vero & quarta, multis adjectis & abjectis, mutatis, transpositis ab imperfectione ad perfectionem talem deducta est, ut vix agnoscatur, idem esse liber: ac in quinta editione quam in proximas nundinas vernales præparo, videbuntur multa hactenus non addita. est enim ars nunc ad eum perfectionis gradum deducta, ut præter applicationem nihil deesse possit judicari.

Scribam autem tam aperte ac clare, tot illustrabo exemplis, ut qui non hebeti sunt ingenio,

genio, plus queant proficere, quam a meorum libellorum 1a. 2a. 3a. 4a. editione ab aliis me inscio & invito typis subjectis vel ex omnibus libris ante meam professionem, vel ab hinc XXVI. annis quibus in ea versor, editis in Italia, Gallia, Germania, & forte alibi. utque illorum editiones & libri vilescant serviantque thuri, piperi, similibusque tegendis. quod hac Apologia sincere omnes monere volui lectores: ut caveant ne ab hujusmodi in re aliena nimis officiosis, speciosis libellorum titulis decipiantur.

Nam licet propositum mihi sit artem medullitus enucleare, tamen nisi viva vox, & demonstratio accesserit, corculum medullæ non gustabunt, idque non meo solius judicio sed præstantissimorum Doctorum cujusque facultatis, ac simul Consiliariorum, qui me audierunt. cur enim in hac arte potius id fieret, quam in aliis liberalibus, & gravioribus disciplinis?

Nonne mille Grammaticæ Rhetoricę, Dialecticæ, &c In Theologia, Iurisprudentia Medicina nunquid aliquot milia commentatorum? In Biblia, item corpore juris & medicinæ exstant? cur igitur tot annis scholarũ liminate rimus? ut vivam vocem audiamus, demonstrationes videamus?

Cum multis passim cognitum esset me D. Lamberti Schenckelii librum de artificiali memoria possidere, nobilissima quæque ingenia me adeunt

adeunt ac tantum Thesaurum a me extorquere conantur. possidere nisi obliqua via potuisti cum omnes Auditores promiserint fide Boni viri, neminem sine meo permissu docturos, sub quo libri abalienatio ergo perfidus qui tradidit, nec qui a tali dono vel pretio accepit.

Sed cur non ipsum Schenckelium Dei beneficio 72. annorum viventem ac valentem. qui academias,& præcipuas utriusque Germaniæ, Galliæ, Bohemiæ, Burgundiæ Lotharingiæ, Sabaudiæ, Ditionis Leodiensis, &c. peragrans operam suam rerum excellentium amatoribus obtulit, cur non potius veterani Professoris, quam in hac tyronis requisiverunt? cur a variis variis ex locis plenæ hujus artis desiderio adferebantur literæ,& non adSchenckelium?

Vt a præcipuis quibusque bibliopolis eum literis peterent. nemo illorum unquam habuit nisi per fraudem & perfidia auditoris obtinuisset. curavit enim suis sumtibus imprimi, stipulatus eorum fidem, ne ullum exemplum clam sibi retinerent: ac tantum auditoribus fidei silentii promissione obligatis dedit.

Ecce tibi alios hujus artis peritos convenio, iis propositū aperio, & ut quid de hac re Iudicent, mihi indicent obnixe rogo. Bonum consilium datum, at sequi neglexit. cur illius nomen non expressisti ut a Schenckelio dignis celebretur encomiis?

Ego

facile credit, sæpe fallitur. Eodem fere tempore duo alii prodierunt, D. Ioannes Papius Galbaicus, & Franciscus Martinus Ravellin, quorum hic Italicæ & Gallicæ linguæ Heidelbergæ agit informatorem, homo quantum ego quidem possum colligere, non admodum Latinæ peritus: qui suo nomine, meum librum omissa mea præfatione & versibus in laudem artis, dedicavit Amplis: Virisque Claris: Dominis Professoribus, ac Heidelbergensis Academiæ Mecœnatibus. quo facto suam temeritatem & impudentiam non obscure publicat. meum librum typis subjectum adeo plenum mendis & erroribus, tamque mutilum edidit, ut ex eo citius ad maniam Lectores redigantur, quam memoriam dirigant juvent atque confirment: ut proximis nundinis DEO favente ad oculum ostendam: ut fuci alienum sanguinem exsugentes, innotescant, & cautius viri docti in tradendis scientiis procedant: quodque ipsi, justis rationibus moti, non faciendum putarunt, per hos tales ipsis & insciis & invitis fiat. *Dicit sibi per Italum traditam*: at D. Petrus Parisius cum me Basileæ audivisset, & inde Heidelbergæ ageret, literis a me petiit docendi aliquot facultatem, mercede æquis partibus divisa: quoniam hominem probum ac fidelem, optime de arte loquentem, & magni æstimantem cognovissem, an-

nui

nui optatis, paulo post scripsit se mihi lucratum 40. aureos, quo dirigi vellem? Indicavi, & fecit: postea Cadamo Lutetiam Parisiorum partim mei invisendi & colloquii causa venit, 30. alios aureos in specie offert, quos fuerat Heidelbergæ mihi, totidemque sibi lucratus. cum igitur multos illic docuerit, quid opus ab Italo traditam accipere? nisi forte is fuerit Domini Petri Parisii auditor, & contra fidem datam silentii libellum obtulerit. qui factum nescio, sed hoc scio *non suum hoc munusculum seu libellum* esse, at prorsus ad verbum esse meum: quod cum meo exemplo conferenti plus satis patebit: *nec absolute tamen suum ait*: quod fateor, prætermissa enim præfatione mea (si in ea editione fuit, nam bis terve sine ea typis subjectus fuit) suam substituit: nec præterea quidquam suum habet, præter vitia multa, & fœdos errores: mutilavit, orthographiam in qua sequor doctissimorum sententiam, mutavit: defœdavit, ordinem perturbavit. quid huic impudenti in mentem venit? anne me qui XXIV. annis juventutem docui, & aliis XXVI. eam cogitationem nunquam animo exclusi, quique LXVI. annis in palæstra versor literaria, ignorare veriorem orthographiam præstantissimorum hominum judicio & rationi innitentem! quod subjicit in præfatione *de tenera ætate, & cum ipso scientiarum lacte exhibendam*: his se verbis i-

 gnarum

gnarum artis fatetur. non enim puerile ingenium capere eam potest, at ætas XVI. XVIII. XX. aut plurium annorum, & linguæ Latinæ cognitio prompta est adferenda: ideoque neminem nisi in vel supra Rhetoricam auditorem soleo admittere. & nec hi tales statim omnia exacte asseqvuntur, verumtamen percepta viva docentis voce, visaque oculari demonstratione, cum postea studium Philosophiæ, Theologiæ, Iurisprudentiæ aut Medicinæ aggrediuntur, tum adminiculo libelli ipsis tradi soliti, dirigunt se per præcepta, & admirandos producunt effectus, in Brevi tractatu de admirabilibus Artis memoriæ effectibus &c. satis expressos. per tempus non licuit singulos illius errores fœdos, & ineptias detegere modo: fiet, uti spero, brevi. unũ tantum ex quo Lector de reliquis tanquam lydio judicet lapide producam. facie 45. linea 9. sic habet: *Exordium debet esse de verbo.* vellem diceret sensum harum vocum, non advertit homo ineptus legendum, breve. alia si potuit legere cur non & hoc? deceptus fuit, quia de verbo aliquid significat, & aliud in eo latere, ne quidem suspicatus est. conjicio ex unico illo tam crasso errore, interpretationem secretæ scripturæ non ex suo manasse cerebello: sed ab alio sagaciore vel emendicatam, vel suggestam. de quibus jam dictus Magnificus, prudentissimus ac integerrimus Senatus Academicus Heidelbergicus infor-

informatus, facile videbit illum qui re aliena in suam conversa, tali Senatui non veritus fuit inscribere, non favore vel præmio, sed merita pœna afficiendum: ut similes fuci ejus castigatione deterreãtur. Sed ad Dn. Ioannẽ Papium Galbaicum transeamus: is librum meum sub nomine Schěckelii detecti Lugduni anno M. DC. XVII. curavit imprimi, dedicavit alterius libellũ & laborem admodum Illustri & strenuo viro nobili Rudolpho Schauvvensteinio, &c. longa præfatione, qua consilii factique rationem exponit, & in ejus laudes digreditur. Licet autem mali sit augurii in principio lapsus, hunc tamen non evitavit: falso namque titulo *Schenckelium detectum appellavit, seu memoriam artificialem hactenus occultatam, & a multis quam diu desideratam: nunc primum in gratiam optimarum artium ac sapientiæ studiosorum luce donata a I. A. P G. S. P. D.* ego vero non detectum, sed contectum facile probavero: suo tempore & loco. anne te latuit Schenckelium obtẽto privilegio, ad XX. annos, per præcipuas Regni Galliarum urbes, prudenter & discrete cum pluribus communicasse diutius decem continuis annis? latere non potuit, cum in ipso libello, facie 50. linea 20. & sequentibus, habeatur: item utriusq; Germaniæ: Pragæ regni Bohemici capitali urbe: Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ Ditionis Leodiensis, aliisque usque ad 84. tam Academiis, quam celebriorib. civitatibus. quomodo hactenus occultata, quæ XXV I. annis cum judicio ab uno eo-

demque professore disseminata? publice affixis programmatibus omnes invitavit, pauci, ex multis milibus, tanquam non satis capaces, non admissi. libello Latine quater excuso, & separatim semel Gallice in subsidium suorum tantum Auditorum. Quidam Castelfranco Minister Calvinianus meum libellum ante sex vel 8. annos in forma folii quarta, nonnihil mutatis, additis & rejectis sub suo nomine Castresii typis subjectum edidit: Antonius Betramus Argentorati librum meum primum & secundum plane aperte, neglecto meo quo sum usus secreto scribendi modo. Franciscus Martinus Ravellin etiam paulo ante vel circa idem tempus quo Schenckelius detectus prodiit, quorum tituli, ut de multis aliis taceam, in catalogum librorum ex nundinis Francfurtensibus dispersi sunt. qui igitur hactenus occultata? vin' altiore voce loqvar? nullum fuit seculum a tempore Platonis, quo non aliqui Theologi, Iurisperiti, Medici, Oratores, Poetæ, de illa scripserint. Inter plurimos Cicero, Cornificius ad Herennium, Quintilianus &c. ad hunc usque annum. Inter quos D. Thomas Aquinas non postremus est numerandus, licet paucis & obscure scripserit secunda secundæ Q. 49. a I. R. ad 2. nec quoque diu desiderata vere dicitur cum tot existent magni nominis auctores, & ego in tam diversas regiones transportarim: paratus omnium idoneorum desiderio satisfacere, ipsi compotes voti fieri potuerint.

Quod

Quod juramento Auditores obstringeret (cujus exempla aliquot Lugduni vidi) ne quemquam auditæ artis participem facerent. Quo id modo fieri potuit? nunquam enim, sincere ac vere loquor, juramentum petii vel accepi, sed tantum promissionem. subjungit, *sed in hoc se juramento impediri inquiunt*; tali responso honeste se excusarunt, ut instare atq; molestia eos afficere cessares: fa. 57. li. ult. & 58. li. 1. Isagoges. *Sed cum juramento, se impediri inquiebat, quo minus me hujus participem faceret, frequenter preces meæ ab ipso repulsam passæ sunt*: si credidisti dicenti se juraméto impediri, non erat æquum frequenter ipsum precari, quid hoc esset aliud, quam aliquem ad violandum repetita sæpe precatione solicitare, & quasi importunitate urgere? absit absit. Ibid. lib. 7. Rogat deinde Philos. *quale est hoc juramentum? nam multos eo obstrictos intelligo. Philom. Excogitatum hoc est a nonnullis, qui sibi commodisque suis potius, quam rei literariæ publicæ prodesse student.* negat Schenckelius, salva pace dictum sit, verum: & asserit, illum melius de Ecclesia, & Rep. Christiana mereri, qui discretione adhibita cum idoneis artem communicat, & se in provincias magno sumtu & molestia transfert, ut ipsis quasi domũ portet, q̃ qui sine discretione idoneis & inidoneis libellis aperte impressis offert: & sine viva voce & demonstratione non intelligentib. eam ludibrio & calumniis exponunt. præstat enim unum aliquem Academias & urbes primarias accedere, quam plures ad illum longo iti-

neris spacio, non exiguis sumtibus & molestiis, imo perniciosos tales Ecclesiæ Dei & Reipubl. Christianæ, qui sublimiora divulgatis libellis indiscrete omnibus venales exponunt. fac. 11. li. 12. & 23. li. 17.

Deinde tandem perfecte scripta, quod Schenckelius impossibile affirmat, assequor. & fa. 12. li. 3. *verum cum nullo sacramento, devinctus, a nullo edoctus, sed proprio Marte mirum illum Schenckelii modum assequutus sim, quod haud scio an ulli unquam successerit, aut successurum sit: ecquis mihi vitio verterit, si mihi repertum Thesaurum cum aliis communicem?* at Schenckelius id diffitetur, perfecte te assequutum. nam ad oculum, si non his, saltem proximis nundinis, quoties, quibusque locis a scopo aberraveris demonstrabit: nam hac vice per tempus non licuit. fatetur quidem legendi modum advertisse, forte non ubiq;: neq; unquã affirmavit id impossibile, sed de medulla artis, penetranda sine docente ac mõstrante perito, loquutus est; quod fatentur acutissimi judicii Doctores, Professores & consiliarii: ipsa quoq; experientia testatur. nec ille modus legendi *tam mirus, ut haud scias an ulli unquam successerit, aut successurum sit.* Viginti & pluribus ante te annis, D. Hadrianus Romanus tunc temporis Medicinæ Doctor & Professor: eximius etiam Mathematicus, Herbipoli, cũjussu Reveréd. ac Illust. Principis a Senatu Academico examinarer, petiit sibi inspiciendum exhiberi libellũ, vix intuitũ reddidit: ac velut momento temporis legendi mo-

modum animadvertit. multi per se collegerunt. nam quis tam hebeti est ingenio, ut si recto legens ordine nihil intelligat, Hebraicum tentet. literam quidem, ut non tam facile observaretur, otiosam præposui & subjunxi. idque interdum in longiorum dictionum partibus divisi! sed quid quæso hic miri? egregiam vero laudem & triumphum, quod mirum voces, in quo nihil miri. de futuris contingentibus, inquiunt philosophi, non est determinata veritas, *ut putes nulli successerit. Ecquis jure vitio mihi verterit, &c. fa. 21. li. 16.* ratio ipsa & *illius sapientis viri consilium quod ex optimo pectore sciebas.* & omnium prudentissimorum ab orbe cõdito: Dei ipsius & Christi, qui est Sapientia Dei. *a nullo edoctus.* anne liber vulgo doctor mutus appellatur? ego vero non mutum, sed loquentem judico: ideoq; ab aliis edoctum, potissimum & plurimum a Schenckelio. *Calumniantes me non satis dilucide & sincere auctorem vertisse, aut explicasse.* non calumniarentur, sed veritatem dicerent: ut clare patebit tenebris & fœdis erroribus involutum & contectum. *Stomachantes me tantam tamq; excellentem artem lippis & tonsoribus notam facere*: jure, nec tamen notam fecisse, quantum quidem in te fuit, conatus es, sine felici successu. *Hoc nostrum levidense opus*, tuum nequare ergo Schenckelius detectus a te inscribitur? tuum nihil, exclamo, præter dedicationem, & errores. anne meministi: fa. 13. li. 6. & sequentib. quod tuo te jugulas illic, ut & alibi gladio? nomina etiã pontificum & Imp

vitam

vitam Cic:quilibet habere poteſt,cum publice extent venales:& quis nequeat vitam Cic. in epitomen redactam diſcrete in partes idoneas dividere? nondum ſatis, pergit iiſdem inſiſtens veſtigiis(Siquidem multis viginti ne gravius quid dicam, conſtiterit coronatis) nec hoc vere dicitur. Nam cum viris in dignitate magna conſtitutis nunquam contraxi, ac ne mentio quidem facta honorarii, ſed eorum liberalitati relictum fuit.

Tantum a primo die ad hunc ſolum a duobus X X. aureos petii, quorum unus dux Polonus, qui abſoluto curſu duodecim tantum dedit : & alius Magnus Dominus, Polonus ditiſſimus, a quo tantum petii, & X. ad manum dedit ; ſed ita diſtrahebatur variis negotiis, ut duabus aut tribus lectionibus habitis, intermitteret : nec reliquos dedit.ait(multis) ego dico pauciſſimis : quæ valde opponuntur. tres memini dediſſe, unum Principem ditiſſ: XXIV. alium Comitem X X. quandam comitiſſam, cui præter artem aliud magnum & admirandum aperui artificium, ſponte XXIX. Imperial. daleros ſive Philippeos nullus unquam plus. præfectus aulæ quidam XVI. vice cancellarius XII.Decanus quidam vir nobilis XVII. ducatones argenteos, & totidem eius frater, vel conſanguineus.

Abbas unus quindecim,alius decem aureos Gallicos.primo, aut ſecundo profeſſionis die, quin-

quinque me audiverunt Antverpiæ, cum ars esset valde imperfecta, & in multis veritati contraria, & sine ulla mentione honorarii X X. dederunt sponte aureos. præmonitus fueram, ne quid peterem, sed illorum relinquerem liberalitati: certo scire, multo plus daturos quam postularem. ergo a duobus a quibus petii non accepi, & a septem cum quibus nulla conventio præcessit, numerati sunt. an hi multi an vero non pauci inter tot milia Auditorum? a nonnullis divitibus sexdecim exegi & accepi in initio: & jam ditiores octo vel decem dant, studiosi quatuor Imperiales. tenuioris conditionis quatuor florenos, ex quibus facile colligitur, rem non ita se habere atque ille temere præfationi inseruit.

Sequitur: *Libellum artificialis memoriæ Lamberti Schenckelii reperio, &c.* Sit ita sane, sed primæ vel secundæ editionis: in tertia vero & quarta, multis adjectis & abjectis, mutatis, transpositis ab imperfectione ad perfectionem talem deducta est, ut vix agnoscatur, idem esse liber: ac in quinta editione quam in proximas nundinas vernales præparo, videbuntur multa hactenus non addita. est enim ars nunc ad eum perfectionis gradum deducta, ut præter applicationem nihil deesse possit judicari.

Scribam autem tam aperte ac clare, tot illustrabo exemplis, ut qui non hebeti sunt ingenio,

adeum, ac tantum Thesaurum a me extorquere conantur. possidere nisi obliqua via potuisti cum omnes Auditores promiserint fide Boni viri, neminem sine meo permissu docturos, sub quo libri abalienatio ergo perfidus qui tradidit, nec qui a tali dono vel pretio accepit.

Sed cur non ipsum Schenckelium Dei beneficio 72. annorum viventem ac valentem. qui academias,& præcipuas utriusque Germaniæ, Galliæ, Bohemiæ, Burgundiæ, Lotharingiæ, Sabaudiæ, Ditionis Leodiensis, &c. peragrans operam suam rerum excellentium amatoribus obtulit, cur non potius veterani Professoris, quam in hac tyronis requisiverunt? cur a variis variis ex locis plenæ hujus artis desiderio adferebantur literæ,& non adSchenckelium?

Vt a præcipuis quibusque bibliopolis eum literis peterent. nemo illorum unquam habuit nisi per fraudem & perfidia auditoris obtinuisset. curavit enim suis sumtibus imprimi, stipulatus eorum fidem, ne ullum exemplum clam sibi retinerent: ac tantum auditoribus fidei silentii promissione obligatis dedit.

Ecce tibi alios hujus artis peritos convenio, iis propositū aperio, & ut quid de hac re Iudicent, mihi indicent obnixe rogo. Bonum consilium da tum, at sequi neglexit. cur illius nomen non expressisti ut a Schenckelio dignis celebretur encomiis?

Ego

quemadmodum Schenckelio detecto admodũ Illustris ac strenui, viri nobilis Rudolphi a Schauvvenstein &c. ita Artificiosæ memoriæ Fundamentis exiguo libello, non tuo, sed ab aliorum libris transcripto, trium admodum Illustrium ac Generosorũ D. Philippi comitis, & nobilis Dn. in Lippia &c. Dn. Maximiliani Baronis Wallensteini, &c. Dn. Zeygnei Goraiskhi de Gorai, &c. et eorum Ephori Isagoge benevolentiam favorem & liberalitatem conatus es captare; cuique longiore quam decet, & par est dedicatione exigui libelli, & alieni laboris nam Schenckelius de suo transportata, & ex quibus aliis, scire volẽtibus luce meridiana clarius mõstrare paratus est. quam vero decorum sit, alienos labores tam multis tamque illustribus Dominis inscribere, aliorum esto judicium. subjicit dedicatoriæ epistolæ Isagoges. *dictum est in epistola dedicatoria, auctores artis memoriæ difficiles intellectu, nec modo intellectu quod tolerabile sed quod minus ferendum, difficilimos lectu. Dubito an ullus ante me secretæ modo* scripturæ usus sit, sed obscuriores Iordanum Brunum Nolanum observasse vidi. lectu difficilimum hactenus non vidi. nec de meo hoc dici vere potest, ut alibi retuli; sed ratione materiæ, & defectus boni & ductoris periti, difficiles ut omnes aliæ sententiæ & artes tam liberales quam mechanicæ. nisi accedat, quod sæpius repeto vox docentis viva captui discentis accommodata & evidens demonstratio. Recte enim Cicero: artium studia

fere reconditis atque abditis e fontibus hauriri, de qua re alibi, & in proxima huius editione plura dicentur.

Vt igitur hos auctores si forte in illos incurras, intelligere possis, accipe amice lector claviculam, qua eorum scripta aperiuntur ac deteguntur. miror quid huic in mentem venerit hæc talia de pluribus scribere, cũ clavicula illa a solo Schenckelio sit excogitata, in usum primę libelli editionis, pars tantum eius, pro latino exemplo item auctior pro Gallico sit: neque ullus sit auctor qui ante aut post eum, ea clavicula usus sit. qui ergo eorum scripta per hanc aperiuntur ac deteguntur? Videtur somnians vel alibi peregrinante mente hoc addidisse. Epigrammata duo in laudem artis memoriæ, e libro Schenckelii, una cũ ejusdẽ clavicula prefationi Isagoges subjunxit tanquã sua. sed redeamus, unde deflexim⁹. quare cũ consilium ex optimo pectore depromtũ sciret, non est sequutus? hoc non erat, ut sua detraheret, & auctoris ipsius substitueret, verum ut ne adeo artem tam nobilem detegeret, ut & rudiores eam palpent. quo audito, in sequentibus tunc non dum impressis Schenckelii modũ occulte scribendi sequutus est. & quid hoc opus cum claviculam subjecerit, & eam in Isagoge fa. 102. sequenti anno impressam interpretetur & contra supradictum consilium divulgarit?

Tum quod minus invidiosum, tum quod lectoribus gratius futurum consideret. Sed valde Schenckelio & aliquot milibus auditorum eius, ingratissimum;

ſimum; & illi ipſi inidvioſum, qui hoc facto malam gratiam apud præſtantiſſimos viros omnium dignitatum & facultatum doctos iniit; & dum voluit ſibi prodeſſe, famæ & exiſtimationi ſuæ non parum detraxit.

Quæ tamen ita temperavi, ut quibus hebetior eſt in pectore ſenſus ab ijs arcerẽ, quibus vero politum atque limatum, facile intelligerentur. Quid quæſo hic ſignificare voluit, cum nihil in toto libello habeat ſuum, præter errores quos inſeruit. De figuris & nominibus Pontificum & Imp: Schenckelius mentionem fecit, non putavit libello adjungenda, quia paſſim ubique locorum exſtant.

Nam ſi ego (qui me tardiorẽ libenter fateor) abſque ullo duce auctorem aſſequutus ſim quod ipſum ἀδύνατον exiſtimat Schenckelius, quid quibus diviniora conceſſa ſunt ingenia? Præſertim cum omnes ferme ab iis diſcuſſerim tenebras quid hic dicẽdum? Nam quot locis & ubi factum demonſtrabitur. quod dicit abſque ullo duce auctorem aſſequutus ſit, non ſic ſe res habet, nam Schenckelii librum & alios qui de hac arte ſcripſerũt auctores habuit, ex quibus ſua Fundamenta & Iſagogen, non juſte compilavit ad hunc articulũ ſupra reſponſum eſt.

Ceterum meos admonitos velim, ut peracta mea peregrinatione, locupletiorem clarioremve à me hac ſuper ſe tractatum exſpectetis.

Certe Fundamenta artificioſæ memoriæ & Iſagoge per ipſum edita neutrum pręſtant at-

que enim locupletior est Schenckelio contē cto, detecto volebam scribere semper ercalimus hic errat; neque clarior. atque hac vestra a Thieonum ac momorum dentibus & morsibus defendatus. Quid defensionem in causa mala imploras. Illustrium ac Nobilium hominum cum ipsete, & alterius librum justissimæ reprehēsioni spōte objicias? antea dixti, fa: 14. *hoc nostrum levidense opus cum tamen* neque tuum sit, neque aliorum sed præter insertos errores & tenebras sit prorsus meum? *mallem enim ut cum blattis & tineis chartæ meæ rixarentur, quam ut in publicum, nisi vos sic velletis, prodirent.* Quid hic repetis aliis verbis *chartæ tuæ* cum modo et antea in Schenckelio detecto nihil esse tuum dictum & repetitum? an vero voluntas illorum, ut id committeres, quod Deo, proximis, omnium sapientum consiliis displicet, ad effectum perduceres suffecit! anne in mētem venire debebat, parendum magis Deo, quam hominibus, præsertim iniqua petentibus. Sperasti, favorem & liberalitatem magnorum capturum, & crumenæ consulturum, & hic fuit stimulus qui ad id incitavit. vin, probem! *in fronte ponis Lugduni sumptibus auctoris, & venundant. apud Bartholomæū Vincentiū.* Videlicet ut care ad nutū tuū vendantur, Schenckelius detectus, 24. cruciferis, a quodam Pragæ 36. indicabatur, & dictū mihi in Gallia venditum aureo. Sperabant enim contectum potius, ita detectum, ut sine viva docentis voce, & oculari demōstratione ē-

tores

tores se posse consequi. quod Schen: affirmat nõ sufficiẽter posse fieri, ut alibi lati⁹. Fũdamẽta vero & Isagogẽ; cũ vita Cic. (cui valde miror ꝙ non lõgã, vel triplicẽ pfationẽ cum insigniis cuiusq; pręmiserit Vẽditur XXIV. cruciferis Schẽckeli⁹ detectus, Coloniæ vero impressus duodecim; Fundamenta autem & Isagogen octodecim batzeis, ut hoc utar vocabulo, quia sumptibus auctoris typis subjectus, & triplicia insignia. miror autem quare & admodum Illustris, viri nobilis Rudolphi Schauvvensteini; & Illustrium, Generosorum antiquissimæ nobilitatis D D. Georgii, Ottonis, Tychonis Kruuſse fratrum omiserit. erant & hi digni illo honore. sic ille caute plumas alienas tam care venum exponit, ut suæ consulat crumenæ: hoc demum est sapere *Certe multa de utilitate hujus artis & iucunditate in medium adferre possem, &c.* acta denuo ageres, Schenckelius toto libro ante 24 annos divulgavit. exstat Latine, & separatim Gallice. anne semper libet in aliena messe versari? nihil ne in tuis agris excultis crescit? &, an tuæ pharetræ manes? absit, ingenii fœtus tui exspecto, ut vere liceat dicere hoc nostrum (vel potius) meum opus: id ex nostra depromtum pharetra; hi nostri ingenii fructus.

Exempla speciminum artis memoriæ variis in locis editorum, una cum literis diversis & attestationibus Iudicum Ecclesiasticorum & civilum aliorumq; doctissimorum partim anno 1593. Antuerpiæ & 1597. Leodii; Brevis

autem tractatus de admirabilibus artis memoriæ effectib.& utilitatibus &c.antea Elogia doctorum hominum, ex certa ſcientia & experientia de ea prolata, & Breviſſima item refutatio earum cavillationum, quæ vel a prorſus illã ignorantibus aut ſaltem veram methodum neſcientibus temere ſolent effutiri, &c. Pragæ 1617. quo Schenckelius detectus in lucem prodierunt: & nunc Argentorati Apologia duobus diebus concepta, & quod monſtri ſimile, nata; conjungitur. Ideoq; B. Le. oratos cupit, ut ſi quid non ſuo collocatum ordine, aut minus apte expreſſum vel erratum, patienter ferant; donec proximis nundinis ſuo cultu ſplendidiore ornatam prodire videbitis.

Specimina Iuſti Iungmani impreſſa Marpurgi ante XVI. annos; Corſici vero 1. cap. variarum lectionum Antonii Mureti, ante 40. aut 50. ni fallor & in noſtro primo libro de arte memoriæ ante 24. quid opus denuo per alium curari imprimi? Item de Mitridate Antonio Ravennate, ex Cic. 2. de Orat. & ex auctore ad Herennium, & Quintiliano, Ariſtotele Platone & multis aliis. quid ig.tur hic vir aliud quam acta agit? quam laudem, famam gloriam, remunerationem meretur? malam gratiam quidem ab omnibus, præcipue iis quibus alterius labores inſcribit. fa. 34. Iſagoges, ſeu introductionis.

Hujuſmodi alphabetum ex Schenckeliõ petitũ

titũ accipe, quia Nicolai Simonis non placet Verba sunt Io: item Alstedii, in Systemate gnomonico, cur quæso de Alphabeto tantum cum ad oculum demonstrari queat & Fundamenta & Isagogen pene omnia ex eodem transportata pauca ab aliis, paucissima vel nihil ad ré ex sua pharetra. Sane melius vir extra controversiam doctissimus, ex suo cerebro inventũ, dispositum & eloquutione ornatum, aliquid majore cum laude, minori invidia depromere potuisset.

Quid vero necesse fuit medicamenta ex Medicorum libris describere, cũ illa ex Gratarollo aliisq; cuilibet in promtu sint? difficile modum vel humectandi, vel exsiccãdi observare, ne cerebrum offendatur, idem judicium de diæta. sane verum est quod dicam: contigit, in primo mense, anno vel duobus, rogatus, an medicamentis uterer an diætam necesse observare? dato responso negativo, multi accesserê; si affirmativum fuisset prolatum, nulli vel certe paucissimi voluissent esse Auditores. Semel, loquitur, de juramento, in Schenckelio fa. 9. li. 22. & 10. li. 12. ut ille vult detecto, & in Isagoge fa. 57. li. vlt ; & 58. li. 7. & li. 14. ejusdem, sic ut impressum invenit habet. Ego infrascriptus fateor tenore hujus promisisse in fide boni & honesti viri, &c. ubi hic ejus oculi? ubi sensus? an non animadvertit 14. linea promisisse; & lineis præcedentibus 3. illud, scilicet, Iuramentum 8.

&15. Sed cum juramento impediri inquiebat an jam promissio in fide boni & honesti viri juramentum est? quo auctore? quis mortalium hoc unquam docuit? nemo ita est obliuiosus ut quod 3. 8. 15. præcedentibus dixit, exciderit de juramento, & videat. 15. tantum promissionem vah! pudor est. fac. 69. li. 22. *ait, Schenckelius sequenti ratione hanc arti applicat sententiam*, non est ita, sed artem seu regulam applicasse ntentiæ: deinde ille tentat idem brevius, sed pejus & ineptius, ut quatuor sequentes sententias, multo elegantius accommodatiusq; applicatæ. voluit credo ut vulgi tritum sermone Magnificat corrigere: Sed scopum non tetigit consultum famæ, si tacuisset erat. Cur vult illius scripta mutare sua in melius opinione, quem extolli audivit ob felicem cum scriptionem, tũ doctionem; quem excellentissimum Doctorem nominat, quemq; nunquã fama moriturum asserit, & extra omnem controversiæ aleam nostræ ætatis principem memoriæ artificialis, an putavit aliquid præclarius pariturum? certe non fecit, neq; decuit in ejus libello tentare, de quo talia scripsit. Nam Schenckelium detectum supervacaneum & sua artificialis memoriæ fundamenta, & Isagogen, typis subiicere, cũ Antonius Bertramus Argentorati sex annis ante eum, Gazophylacium artis memoriæ & sub nomine Lamberti Schenckelii Dusilvii impresserit in quo liber primus, & secundus artis præcepta continens, idq; ex primo libro extante

ſtante, ſecundum ex ſcriptis & partim impreſſis per aliquem ex prima editione evulgavit. qui non eſt poſtponendus multis partibus Schenckelio detecto: nam & Io: Päpius ex prima vel ſecunda editione publicavit, majorem partem ſecreto modo legendi; ille aperto omnia, igitur & Franciſcus Martinus Ravellin, & Päpius inanem inſumſerunt laborem antea diu acta agendo quod de illo, ut homine inepto exiguiq; judicii, de hoc prudenti & doctiſſimo facto ſatis mirari nequeo. forſitan illos non viderunt, de his ſupra quædam latius. Sed tandem veniamus ad Ioannem Sommerium Sileſium, Doctum in Philoſophicis & juriſprudentia, Is cum duobus Baronibus, Diacano & celebri concionatore, & Rectore Scholæ Salvatoris aliiſq; me audivit, gratis admiſſus; & quia de tenui conditione conquerebatur, judicabamq; illum valde feliciter poſſe artem docere, ac ſpecimina edere, miſertus tenuitatis illius, obtuli honeſtã conditionem, ut videlicet certis pactis facerem ipſi poteſtatem artem meam meo nomine docendi communi lucro, eo quod in itineribus & impreſſionib⁹ libellorum magnos [illegible] ſumtus. pactum inimus, conſcribitur, ſignamus uterq; ultro tres ipſi do flo: pro viatico. In diverſorio, duos conſumſit, quos rogavit ut darem, quod feci. profectus Wittenbergam magnam ſummam pecuniæ lucratus eſt, accepit a me literas, quibus monebam, ut fidei datæ, ac pacti, beneficiiq; accepti

 memo-

memor esset. Rescripsit ne de illi⁹ fide dubitarē forte fortuna Rector Scholæ Salvatoris coauditor ipsi obviam factus, dixit Schenckelius miratur, quod nihil de te audiat & accipiat. intellexit enim multum lucratū. fassus est se lucratum sed meam partem etiam consumtam, velle ex primo lucro mittere. Prodit deinde liber nomine Gazophylacij, & Venetiis impressus, at scio Rostochii vel Lipsiæ factum, ut videlicet me cælaret, ubi locorum esset, male sibi conscius, ne male haberetur in carcere si per me aut mihi faventes possem deprehendere. Libellum autem ultimæ editionis illi dedi, permisi ut pro Auditoribus curaret imprimi, spe fidelitatis in pacto servando : credo mihi debitam partem 200. aur. ducatos excedere non modo non scribit nil dat vel mittit, sed latet nec ut sciam ubi, quam potest, operam dat. Libellum autem adeo defœdavit, auferendo, addendo, mutando, omittendo, ut non agnoscas eundem esse. nam præter alia tractatum de celeri scriptione omisit, de methodo studendi art; lib. & grav. disciplinis ac in specie philosophiæ. aliaque multa, ut ex meo vero exemplo, sit jam ineptum mutilum & errorribus scatens. relinquo ergo lectoribus judicandum quam ille nequiter, perfide, & injuste mecum agat. qui si ante proximas nūdinas vernales pactis nō stet, ac mecū in gratiā redeat, videbit se in apologia hac aucta depictū suis colorib. non tantū quoō. mecū, verū quoō. etiā cū aliis egerit toti Europæ innotescet, & cupio

pio omnes lectores ſic admonitos, me revocaſſe facultatem docēdi. permiſi quidem centum, ſub certis conditionibus, quas quia non obſervat, ſive numerum expleverit ſive non, revoco poteſtatam ipſi factam. nam hanc pacto mihi volui reſervare, Si vero alicubi potero per amicos ſcire ubi hæreat, faxo ut diſcat cum quo ipſi ſit negotium.

Vt autem finem huic apologiæ imponam, Benevoli lectores, vos præmonitos eſſe cupio, omnes libellos a Caſtelfianc Calviniano miniſtro, Ant: Bertramo, Franciſco Mart: Ravellin: D. Ioanne Pāp. Galbaico tam Artificioſæ memoriæ fundamenta, & Iſagogen, quam Schenckelium detectum ab eodem editum & Gazophylacium Io: Sommeri eſſe adulterinos, falſis titulis, multiſque erroribus defœdatos mutilos, quibus citius maniam vobis concilietis, quam memoriam juvaretis; quod proximis nundinis vernalibus longiore Apologia diſcuſſis ſingulis & refutatis ad oculum oſtendam. ac decrevi in illud tempus artem quam XXVI. annis cum laude & ſatisfactione ubique profiteor, ſic typis in gratiam Auditorum emittere, exemplis illuſtrare, ſuperfluis omiſſis, ſcitu neceſſariis additis, ut auſim polliceri hacten⁹ nullū tā vere ſcripſiſſe medullā ablato cortice, nucleū fracta nuce tam nudū guſtui filiis artis exhibuiſſe: & de qua hacten⁹ a tēpore Platonis ſingulis ſeculis multi tractarunt, nemo vero ad perfectionis ſufficientem gradum perduxit, de quo non arroganter gloriari

gloriari me ut putetis velim, ſed ſincere ac vere coram Deo, a quo bonum omne, & cui omnia debemus accepta ferre, teſte conſcientia loqui. nemo enim ab illo tempore fuit, qui tot annis in ea profeſſione verſatus, cum tot hominibus in Europa doctiſsimis, perſpicaciſsimisque egerit, docuerit, eorum cõſilia ſedulo audierit, & ab ipſis didicerit non pauca, rationi & experientiæ conſentanea, ut ego. quare ſi aliquid mihi hac in parte ſumo, & teſte Cicerone de ſe ipſo nonnihil prædicare ſenile ſit, ętatique noſtræ conceditur, nemo quæſo in ſiniſtram partem hæc talia a me prolata, duobus annis majore ſeptuagenario, trahat; pręſertim cum liceat in Domino gloriari; hoc eſt, ut non nobis ſed ipſi tribuamus, cum ex nobis nihil poſsimus, & cum omnia fecerimus, fatendum ſit, ſervos nos eſſe inutiles. nam ſcio omnes virtutes ſine humilitate, non modo virtutes non eſſe, ſed etiam in vitia abire: Deum ſuperbis reſiſtere, humilibus dare gratiam ac humilitatem omium virtutum eſſet fundamentum. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria in ſecula ſeculorum: amen.

FINIS

DOCUI ARTEM MEMORIÆ IN SEQVENTIBVS ACADEMIIS & civitatibus permissu superiotum quibus stella præposita sunt academiæ.

Ageni
Altorfi *
Antverpiæ
Argentorati *
Atrebati
Augustæ Vind:
Aureliæ *
Auxii
Avarici Biturigum *
Avenione. *
Basileæ *
Belmontii
Biterræ
Brundruti
Bruxellæ
Burdigalæ
Cadomi *
Cadurci *
Camberii
Cameraci
Carcassonnæ
Carpentoracti
Castresii
Coloniæ *
Constantiæ
Divione
Dolæ *
Duaci *
Egræ.
Falesiæ
Francopoli
Francfurti ad mœnum
Frācofurti ad Odē. p. a.
Friburgi Brisgoiæ *
Friburgi Helvetiorum
Gratianopoli.
Herbipoli 1597, & 1618. *
Heidelbergæ per alium. *
Ingelstadii. *
Insulis.
Kitzingæ
Leodii
Limovici
Lipsiæ. p. a. *
Londini p. a.
Lovanii *
Lucernæ
Lugduni Gal: *
Luxemburgi.
Marpurgi *

Marsi-

Marsilia
Metij
Moguntia *
Mompelii *
Monachii *
Monasterii
Montii Han:
Mußiponti *
Narbona
Nurimberga
Osnaburgi
Parisiis *
Pesenaci
Praga *
Ratispona.
Rinsfelda
Rotomagi
Rötenburgi in castro
Sanctursii
Sextaquia *
Siburgi
Simmeringa
Spira.
Tolosa *
Tornaci
Tubinga.
Turnoni.
Vlma
Vadutii
Valencia
Vienna Aust.
Vesontione
Wormatia
Wittenberga p. a.

Errata.

Facie 2. linea 1. mensibus) utraque. l 21. facie 38. 32. 23. promtiores 33. 24. facie huius 28 l. 26. 35. 19. desirque 36. 11 faciez jovir & aser. 38. penult. & cum eis in iisdem. 43. 9 verborumque 45. 21. si coram 47. 1. quaternas vel quinas. & , duodecima vel 15. 51. 13 debebant. 57. 23, post. 26. 105. 27. offerunt. 107. non teneret. 107. 10. successurum. 107. 13. pectore profectum 107. 15

Patris. 108. 27. xxviii. 108. ult: mense, loco die. 109. 11. sexdecim Imp: 111. 12. Leodiensis urbes. 111. 29. neglexisti 112. 19 inidoneis. 115. 8. intelligerent. 115. 31. præstant neque 116. 5. defendatis 116. 24. probem? in 119. 29. promisisse. 121. 11. factum. 122. 3. coauditor Lipsiæ. 122. 30. quomodo. 123. 1. hic admonitos. 124. 21. esse. fa: 111. l. 5. deleatur, sub quo libri abalienatio ib. l. 7. accepit addendum, a crimine est immunis. Si qui præterea errores occurrant, eos ut & distinctionum notas, in quibus frequenter erratum, Benevolo Lectori corrigendos committimus.